





GALEN • DE ARTE CURATIVA
1649











Georgij Multo:

W. Lambarde.

1588

CLAVDII


GALENI PERGAMENI DE ARTE *curatiua ad Glauconem, Libri duo.*

Nicolao Leoniceno Vincentino interprete.

Quibus accesserunt accuratißimæ animaduersiones ex veneto exemplari excerptæ.



LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium,
Sub scuto Veneto.
1549.





GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBER I.

NICOLAO LEONI-
ceno interprete.

CAP. I.



Vod quidẽ nõ cõmunem tantũ omniũ hominũ naturã medicũ cognoſcere oporteat, ô Glauco, ſed & vniuſcuiuſq; propriã, & dudũ ab Hippoc. rectè traditũ eſt, & nos in ipſis artis operibus (vt noſti) circa id ſufficienter ſtuduimus. Non tamen propriã ſingulorũ naturã æquè atq; cõmunẽ poſsibilè eſt ſcribere. Verũ ſcripta cõtrario modo ſe operibus habent, tum in plurib⁹ aliis rebus, tũ præſertim in his quæ ad præſentẽ pertinent intẽtionem. Petiiſti enim à nobis, vt tibi vniuerſalẽ quãdã medẽdi viã ac rationẽ, quaſi per figurã oſtenderemus: hæc aũt & qualitate & quãtitate ſingulorũ medicaminũ perficitur: necnõ & modo eorũ vſus, & ex tẽporis occaſiõe quę

præ omnibus eſt cognitu difficillima: circa quam præcipitem admodum exiſtentem (quemadmodum quodam in loco ſcribit omnium bonorum nobis autor Hippocr.) vides plerunque medicos non modò vulgares, ſed & præcellentes aberrare. Quod verò magni etiam momenti ſit, ſi quãtitas opportunè pro viribus accommodetur, idẽ vir pariter ſcripſit. Quum igitur ad rectè medendum plurimum conferre, & temporis occaſio, & auxiliorum quantitas videatur, † inſint autẽ hæc vnicuique ægrotanti propria, nihil autẽ proprium poſsit ſermone explicari, hoc pacto quod commune eſt *conamur tranſigere, quãuis id ſit vſu fecundum. Nam & quoſdã aliquando ægrotos viſimus, cum quibus dum ſani eſſent nõ eramus verſati. Quo fit vt neq; quẽ colorẽ quam habitudinẽ, aut natiuũ calorem, aut quem arteriarũ pulſum à natura habuerint agnoſcamus: quæ ſi ſciremus, magnitudinẽ morbis ſatis aliquando iudicare poſſemus. Nam quantum vnumquodque à naturali ſtatu recedit, ad tantam morbus magnitudinem peruenit: quantumcunque verò recedit: poſsibile eſt ſcire ei qui naturalem ſtatum exquiſitè cognouerit. Quũ igitur hoc in ipſis nobis fuerit ignotũ, ne omnino hæſitemus ad cõmune confugimus. [quamuis ad

† ἀιρήσεις i. inuenies.

* in Græ. ἀναγκαζόμεθα γράφειν. i. ſcribere cogimur.

[hæc non

ad vſum ſecundum locum obtineat] . Hîc verò artifex plus aliquid quàm hi qui arte carent aſſequitur. Quod verò hoc ipſum plus ſit, primus omnium quos nouimus, & hoc memorauit Hipp. Plenius autē de hoc ſcripſerunt qui Hippocr. fuere poſteri ores atque illius ſcripta accuratè legerunt. Ex quorū numero vnus fuit Mneſitheus Atheniensis, vir tum in aliis omnibus quæ ad artem pertinent ſufficiēter doctus, tū verò qua via ac ratione, medendi ſcientiam oporteat exercere nemini peritia ſecundus. Hîc igitur Mneſitheus à primis atque ſupremis incipiēs generibus: putauit ſecari illa oportere in alia genera ſpeciesq; ac differentias: hæc rurſus in alia diuidi, ac denuo iſta eodē modo, donec ad talē peruenerimus ſpeciē poſt cuius diuiſionem ad vnum numero & indiuiduum peruenimus. Mihi verò qui ad te ſcribam, ſufficit breuibus meā explicaſſe ſententiam. Nam ridiculus videri poſſem, ſi tua te velim docere, tanquam non multo antea à Platone illa didiceris. Neque enim vt te docerem quam viam ac rationem in in diuiſionibus ſectari oporteat, hæc volui meminiſſe. Sed quoniam mihi ad ſequētia omnia plurimum conducere exiſtimaui, & quū à me exigeres ediſcere cauſam ob quā medicorum plurimis oberrare contingit,

habentur in græco exēplari.

non aliter tibi ostendere poteram. Etenim quæ in aliis institutionibus cõtingũt errata, & quæ medici nũc in ægrotãtiũ curatione delinquũt, hãc primã atq; præcipuã causam habent, diuisionis scilicet prauitatem. Quidã autẽ in primis & supremis generibus stant: indicationibus solũ quæ ab illis sumuntur, cõtenti quidã verò vsq; ad aliquid diuidũt, non tamẽ vsq; ad finẽ perueniunt: nonnulli verò etiã vitiosis vtuntur diuisionibus. Qui verò & omnia quæ sunt secundũ naturã & præter naturã hoc diuisionis artificio cõplectitur, atq; ab his omnibus quæ sufficiẽter diuisa sunt, sumit indicationes: hic solus quantũ humanis permittitur viribus medẽdo non errabit. Illos quidẽ quorũ habet notitiã, melius curabit quã alios, ignotos verò proximè illis quoad fieri poterit ad sanitatẽ perducet. Siquis enim primùm distinxerit eam quæ secũdũ ætates differentiã posteà eam quæ secundũ temperaturas atq; potẽtias, & cæterá quæ hominibus insunt, colores dico, atq; calores, habitudinesque, & pulsuũ motus, & assuetudines, ac industrias, atq; animi mores, his quoque adiunxerit eam quæ maris à fœmina differentiam, & quæcũque ad regiones & temporum pertinent status, aliasque eius qui nobis circunfunditur aẽris† varietates

† In ant. κράσεις

tates recto modo cõsiderauerit hic ad proprìam laborãtis naturam agnoscendã proximè accedet. Sed ex his omnibus nõnulla quidem in libris de pulsibus, nõnulla verò in his in quibus agitur de tẽperaturis sunt determinata: sicuti quæ præter naturã sunt, vniuersa quomodo inter se & speciebus & generibus differãt, in libro de passionibus est præfinitũ. Nunc verò de his solũ ægrotis dicere proposuimus, quorum natura, antequàm morbum contraherent, nobis erat exquisitè perspecta. Cum quibus tamen & reliqui omnes intelligentur qui nobis erãt ignoti. Nihil enim difficilè, ab eo quod est perfectè distinctũ, id quod nõ sit tale inuenire.

idest temperies.

De febribus ephemeris. CAP. II.

INitiũ igitur sumemus à febribus, quoniam tu in his præcipuè curandi artificium habere cupiebas. Et primùm quidem de his sermonem habeamus quæ simplicissimæ sunt, quas Hippocrates ephemeras appellat. Hæ verò sunt quæ propter lassitudinem eueniunt, & ebrietates, atque iras, furores, atque mœrores, atque aliâs animi curas * assiduas, & quæ ex inguinum inflãmationibus febres ortũ habent, ex hoc genere sunt, præterquã si absq; vlcere fiãt manifestò: tũc enim suspitionẽ afferũt, & nullo modò mites sunt. Vigiliæ plerũq; simplicẽ

* In ant. legitur ἰσχυροτέρας. i. vehementiores: in impress. συντόνοις. i. vehementes.

febrem induxerunt, ſicuti frigefactio & exuſtio quandoque. Atque hæ omnes febres* ſoluuntur facillimè. Oportet ſiquidē eos confeſtim ducere ad balnea, atque ad aliam conſuetam victus rationem. Quandoquidem qui pertritum illum ſermonem medicorum triduanum terminū expectant ſæpius acriores febres effecerunt, quamuis & aliter præter ea delinquant, quemadmodum cernis ex eis plures, in primo ingreſſu delinquētes, veluti re vera manufactas facere ægritudines. Sed cura quidem harum febrium in promptu eſt: at earum cognitio maiorem exigit diligentiam: de qua nemo antè nos quantum oportuerit ſcriptum reliquit. Quare minus mirandum complures tantum in medicinæ operibus aberrare, quantum etiam cognitione falluntur. Sæpius enim quidā caſu aliquo in graues morbos incidūt, veluti vino pleni, aut ſole exuſti, aut frigore enecti, aut laſsitudine oppreſsi, aut vigilias paſsi, aut ira perciti, aut quauis alia cauſa, quæ per ſe nocere natura ſit apta, correpti: deinde totum in cauſa antecedente conſiſtere, neque aliā ſubeſſe diſpoſitionē arbitrati, circa victum negligētius ſe habent, adeo vt ſeipſos lateant in inſanabiles aut ægrè curationē admittentes morbos prolabi. Hæc igitur præcipuè ſunt animaduer

*In ant. codice additur τὄτω i. hoc pacto.

animaduertenda, quemadmodũ Hipp. admonet: non ſolum futura præcognoſcere, ſed præterita etiam atq; præſentia. Nam & quod nũc ꝓponitur, ad eã artis attinet partẽ: quod pro viribus manifeſtè trademus. Neque enim parua eſt differentia, ſi laueris iam ægrotantem & ſecurũ eſſe iuſſeris, aut eum per omnẽ cuſtodiam ſecuritatemq́ue traduxeris. Quum igitur ad ægrum accedes, primũ à maximis quæ circa ipſum ſunt conſideratio incipienda, deinde & ab aliis, adeo vt nec minimum aliquod omittamus. Nam vt magis aut minus ei quæ fit ex maximis indicatione credamus, ex aliorum fit adiunctione. Maxima quidem in omnibus febricitãtibus ſigna, in pulſibus atque vrinis conſiſtunt: his verò addere oportet & quæcunque alia circa faciem Hippo. ſcribit accubitum quoque & reſpirationẽ, item ea quæ ab ore excernuntur, atque alui ſedimina. Et ſi quid aliud accidere circa aliquam corporis partem, aut operationẽ conſiſtere videas (qualia ille mille in millibus ſcripſit) neque ex his vllum aliquod negligenter prætereas: hæc quidem omnibus febribus communia ſunt. Itaque in his ſimpliciſsimis, de quibus præſens eſt ſermo, nihil horum relinquere oportet. At poſtquam ex pulſibus atque vrinis febris † naturam per- † *In cod. Ald. habe-*

tur ἦθος i. morẽ in veteri autem εἶδος i. formã.

ceperis, quum pulsus nullum inflammationis signum habuerit, neq; omnino inæqualitas in vna arteriæ cómpulsione apparuerit, aut si hoc affuerit, omnino sit imbecille, vrinæ aut omnino similes his quæ secundũ naturam se habent, aut non multum à naturali statu recesserunt: tunc & ad omnia illa quæ antea à nobis sunt dicta accedere oportet. Et quum veluti chorus quidam omnia concinnè loquũtur, tunc etiam fidere oportet, ac, si libeat, interrogare nunquid aliqua manifesta antecesserit causa. Si quid enim huiusmodi æger fateatur, expectata prima febris solutione, statim oportet lauare, quum tunc certior tibi sit facta cognitio, ex ipso solutionis modò. Nam arteriarum motus in hoc in totum assimilatur huic qui in sanis deprehenditur, quum in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neque si multum temporis inter primæ accessionis finem, & secundæ principiũ intercidat, quemadmodum in tertianis atque quartanis. In illis enim, febris remanet signum in ephemeris autem in totum aboleatur accessione cessante: plurimis verò earum, & humidi quidã vapores, & quibusdã etiam sudores vtiles apparent: aut omnino quædã ceu vaporis copia ex intimo corporis exit. Verũ vrinæ quoq; multò nũc meliores

liores, quã circa febris principia tibi videbuntur. Et si capitis aut alterius partis dolor simul inuaserit, neq; hic amplius persistet. Aegrotantis quoq; in tolerando facilitas: magnũ & ipsa signum, tanquã sigillum quoddã super omnia alia signa, febris suauitatẽ tibi indicabit. Et si dũ lauantur neq; horror aliquis insolitus molestauerit, neque alia tristitia affuerit. & si post balneum deinceps bene se habere perseueret, tunc ne verearis cibum offerre, vinũ quoq; sine formidine ad potandum exhibe, adhibito tamen pro tempore modo nos autem, vt te nõ latet, eis causam quæ antecesserit solemus prædicere, neque expectamus vt illam ægrotus anticipet enarrare, quod maximum est argumentum, illum non errare qui talẽ sit adeptus facultatem. Si verò remanentibus adhuc animi affectibus cõsideratio habeatur, tũc ex pulsibus maximè tentanda cognitio, quẽadmodum in libris de pulsibus scripsimus. Post hos verò, & ab aliis cognitio petẽda est. Quòd si illa iam quidẽ cessauerint, remanet autẽ dispositio, paruũ quidẽ ex pulsib⁹ habebis indiciũ earũ quæ febrẽ attulerũt passionũ, sufficient aũt tibi & sine pulsib⁹ reliqua. Cõmuniter quidẽ, omnibus vrinæ rufæ. Adiũgitur verò his qui propter tristitiã febricitãt, acritu

do potius quã abundãtia caloris. quẽadmo dum è diuerſo, his qui propter furorẽ. Sed & extenuatio corporis † in his quos triſtitia & cura vexarunt cõſpectior exiſtit: oculorũ præterea cauitas, ac quædã inconſueta decoloratio. Hæc quidem ſunt & his qui quouis modò aliter cogitarunt, cõmunia. maximè autẽ ex oculis diſtinguere oportet. Nã ex his etiam in ſanis, animæ mores poſſumus coniectare. At in ægrotis ſi quis diligenter inſpicere queat: ſunt indicia certiora. Sic quidem eos, qui propter diſciplinas aut contemplationem aliquam diu cogitarunt: ab his quos triſtitia corripuit, diſcernere oportet. At qui vigilarint, diſtinguere oportet ex forma palloris. Nam in ipſis facies ſubtumens, & oculorũ † motus manifeſtus, vix enim palpebras attollunt. Ineſt etiam palbebris humiditas. Nam qui triſtantur aut cogitationibus detinentur, his exiccantur. Cauitas eſt cõmune accidẽs omnibus, mœrori, vigiliis, cogitationibus, non tamen furori. * in hoc enim neq; oculorum cauitas neq; pallor manifeſtus: & plus caloris atque celerius ex imò prorumpit, neq; pulſuum magnitudo deſtruitur, quẽadmodum in vigiliis, triſtitia & cogitationibus. Quare hæc à furore apertiſsimè diſtinguuntur. ab inuicem verò quemadmodum

† *In græ. ita legit* ἐπιδηλοτέρα τοῖς λυπηθεῖσιν ἢ φροντίσασι, *id eſt conſpectior exiſtit in his quos triſtitia quã in his quos cura vexauit.*

† *Alij legunt motus ligati*

* *Græ. codi. habent* τούτων *.i. in his. ſed hæc eſt melior lectio*

dum diximus antea. Eorum etiam qui ex laſsitudine in febrem inciderunt, cutis eſt ſiccior quam in alia aliqua ephemera febre. Sed hoc quidem omnibus ex laſsitudine febricitantibus commune exiſtit in tempore acceſsionis donec conſiſtit. poſt hoc verò, pluribus, modò non ſint ſupra modũ labore vexati, quædam humiditates aut calidus vapor ex intimo corpore effertur. quibuſdam verò etiam poſt febris cõſiſtentiã, ſiccitas perſeuerat. quod maximè accidit his quos ſuperfluus labor oppreſsit, aut frigus, aut ſimul cũ labore ſunt à ſole deuſti. Et quidem pulſus non eodem in vtriſque * modo ſe habẽt. quia parui quidem his ſunt quos ſuperfluus labor vexauit, in aliis verò magni. Quæ verò * corpore condenſato accidunt febres (condenſatur autem aut ex frigore aut ex qualitate aliqua quæ vim aſtringendi habet, * præter conſuetudinem ei aduenicnte. velut illi qui aqua aluminoſa ſe lauerat accidit) hæ quidem ex omnibus febribus ſolæ, ſunt aſtricta paſsio. has verò tactu cognoſcere licet, quemadmodum & † arentes febres, & quæ ex laboribus & combuſtionibus fiũt. Nam neque harum denſitas hos queat latere qui tactum habent exercitatum, ſed & caloris motus neſcio quo pacto * regreditur. qui

mitis

* δέρματος .i. cute.

*malè impreſ. legitur ἀθρόως pro ἀήθους.

† αὐχμώδεις, id eſt ſqualidæ.

* in græ. eſt ἐπαναδιδοῦσα .i. increſcẽs.

mitis quidem in primo tactu sentitur, acris autem, si plusculum tardemus. Non tamen & his vrinæ sunt ruffæ, *neque corporis tumor relabitur. neque etiam oculi caui atq; aridi fiunt, sed sunt quibus humecti magis atque prominentes apparent, quam hi qui secundum naturam se habent. Neque sunt pulsus minores, quemadmodum in mœroribus, curis, aut vigiliis aut immodicis exercitiis.

* οὐδὲ ὁ τοῦ σώματος ὄγκος συμπέπτωκεν id est neq; corporis moles concidit.

De febribus quæ fiunt ex inflammationibus inguinum. CAP. III.

FEbres quæ ex inflammatione inguinum fiunt, pulsus habent maximos, veloces, atque frequentes, plurimusque illis calor inest, ac postquam febris constiterit, statim ex profundo quædam emergit humiditas, calida quidem, sed mitis. Acris etenim & mordax, huic generi febrium inter omnia alia minime adest. Atq; in totum, facies rubicunda illis & magis tumens, vrinæ quæ † subalbidæ. Communis autem omnibus huiusmodi febribus, est pulsus æqualitas. Nam paucæ admodum ex his febribus eã quæ in vno ictu inæqualitatem ostendunt: at neq; ipsæ satis aperte ac manifestè illam præ se ferunt. Talia quidem sunt ipsarum indicia. Curare autẽ oportet omnes quidem balneis. At qui ex densi

† In anti. λευκότερα .i. albiores.

densitate cutis,aut inguinum inflammatio ne febricitant,si in aëre balnei immorari iussieris, haudquaquam nocebis reliquos omnes,quàm citissimè oportet ab aëre semouere,si verò diutius in aqua immorari voluerint,permittere. oleo autem tepido, & multò, & manibus mollibus perfricare quamplurimum,atque hos præsertim qui ex labore febricitant,secundo autem loco qui meatus habent astrictos, & tertio qui inflammationem inguinum patiuntur, sæpius autē istos lauare in quantum possibilè est. Cibum autem assumere qui ex labore febricitant possunt multoties,non æquè tamen qui ex densitate cutis,aut inguinis inflāmatione laborāt. At his vtrisq; tenuis victus est vtilis. Qui verò ex laboribus febrierint,præcipuum est vt cibos assumant concoqui faciles ac cruditatem præcipuè deuitent, sed & vinum potare quantum possunt conuincere, sunt permittēdi. Mensuræ autē ratio, quēadmodū in aliis omnibus, ex viribus & ætate sumitur ægrotantis, necnon & ex naturali temperatura, & præterea ex cōsuetudine, & anni tēpore, & regiōe atq; aliis huiuscemodi. Qui verò ex inguinū inflāmatione febricitant, arcendi sunt à vini potu donec inflāmatione soluātur. At qui cutis formina habent astricta,
aut

aut refrigerati sunt, si quidem nõ multum hoc affectũ laborent, neq; plenum corpus habeant, nõ sunt à vini potu prohibendi. at qui supra modum refrigerati sunt aut pleniore corpore, prohibere vtile est. Qui verò ex vigiliis aut aliquo animæ affectu febricitãt: postquã balneaueris, cibo humido ac boni succi reficere expedit. vinum verò omnibus his qui vigiliam passi sunt intrepidè offerre, nisi capitis dolore premantur, aut pulsum venarum in tẽporibus sentiant. Liquet autem quod etiã in aliis eadem est obseruatio adhibenda. Sed & iis qui ira aut mœrore aliquo, † aut cogitatione febricitant, vinum est exhibendum, & qui * furore perciti fuerunt, quando omnino ab affectu quieuerunt, prius verò periculosum vti vino. Tentare autem oportet & cõtrarium semper afferre ei quod molestat, labori quidem quietem. vigiliis verò somnum. iræ autem & furori atque tristitiæ, sermonibus, actionibus, spectaculis, enarrationibus animi iocunditatem. Sic qui cogitatione laborat, omnino ratiocinationes omittat. Et qui ex inguinũ inflammatione febricitat, eius curationi intẽdat, ac multò prius vlceris, vnde originem habuit. Hæc quidem febrium ephemerarum indicia, atque remedia sufficiunt. Reliquæ verò febres

† Additur in anti. ἢ ἀγρυπνήσασιν .i. aut vigilia.

* τοῖς θυμωθεῖσι.

nonnullæ ex infl mmationibus, nõnullæ ex humoribus accẽduntur. Et quæ ex inflammationibus fiũt, ſunt veluti quædam accidentia partium † laborantium, & morbus magna ex parte ab inſtrumento patiente denominatur phrenitis, aut peripneumonia atque pleuritis, aut aliquid tale. Sed de his poſtea dicemus.

† φλεγμαινόντων. id eſt phlegmone laborãtium.

De febribus putridis. CAP. IIII.

AT quæ ex humorũ putredine febres accendũtur (ab hoc ipſo nominantur febres) & ſunt non accidẽtia morborũ ſed ipſæ morbi. Ex his vero nonnullæ quidem ſunt ſine accidẽtibus, quę & mitiſsimæ ſunt, quædam verò cum accidentibus infeſtant. Nos verò de prioribus dicamus febribus quæ accidentibus carent. In quibus maximè, ſi fieri poſsit, primo die qualis ſit febris, acutáne an diuturna, eſt cognoſcẽdũ, & vtrum ex his quæ intermittentes dicuntur, an continua. Quòd ſi primo ſtatim die certa cognitio haberi non poteſt, ſecundo ſaltem febris forma inuenire tentandũ eſt. Quòd ſi neq; in hoc aliquid firmum aut ſtabile ſciatur, in tertio ſaltem aliquid manifeſtius apparebit. Nam paucæ admodũ ſunt, quæ, vt exquiſitè dignoſcantur, quartũ deſiderent. Ego verò quam breuiſsmè potero, indicia explicare tẽtabo, ex quibus ſpe-

ciem febris intelliges. quanuis de istis planius ac manifestius alibi disseruimus.

De signis febriũ intermittentium. CAP. V.

QVæ igitur cum rigore inuadunt, nõ ab re ex earum numero esse iudicabis: quæ per circuitum infestant. Tertianæ enim atque quartanæ in totum cum rigore faciũt accessiones. Sed tertianæ quidem in primò insultu cum nimio sæpe rigore incipiunt. quartanam autem non vidimus cum vehementi rigore incipientem, sed procedente tempore magnitudo illi superuenit, præter id quod neq; statim ab initio hæc febris vt plurimum solet inuadere: sed aliis quæ antecesserint subsequi. Quartana itaq; eas quæ errabundæ aut [chronicæ] dicũtur † propter phlegma insequitur. Quotidiana verò intermittens rarò aduenit sine oris ventriculi læsione. quemadmodum quartana ex malè affecto splene generatur, & tertiana ex iecoris affectu. Quæ verò cũ valido rigore incipit, magis febris tertiana quam aliqua aliarum febrium fore speratur. Si verò & alia quæ postea dicentur signa attestentur, hãc proculdubio in prima die tertianam esse cognosces. Quòd si cũ paruo rigore inceperit, tunc magis alia signa attendere mente oportet. quoniam nõ

[non est in græ.
† Διὰ φλέγμα non est in anti.

quo

quotidiana intermittens tãtum atq; quartana. sed etiam hemitritæus aut aliqua alia ex continuis esse potest. Alia verò signa & ex caloris qualitate & quantitate & arteriarum motu sumũtur. ex ipsa etiã rigoris, qui sentitur forma, anni tempore, & regione, & temporis statu, atque ex natura, & ætate ægrotantis, & iis quæ præcesserunt, & quæ sequuntur. Nam calor quidem multus & acris esse debet: pulsus autem magni, calidi, vehementes, veloces atque frequentes, omnis inæqualitatis præter quam febrilis expertes. Rigor autem, veluti si à re aliqua acuta plus, quam frigida corpus pungeretur. quum hi qui quartanam aut quotidianam intermittentem patiuntur, potius frigidum rigorem sentiant. Tempus autem anni æstiuum. sicuti & locus & præsens status calidus. Sit autem & ægrotantis natura calidior, & biliosior, & ætas adolescentis, & exercitationes potius, quã ociositas antecesserint, magis deustio quã frigefactio, & parcitas cibi potius, quã crapulæ. Vigiliæ quoque, mœrores, atque labores, & intẽsæ cogitationes ad eundẽ perducunt effectũ. Quòd si multos alios eodẽ tẽpore laborantes cõtingerit tertianis corripi febribus, hoc quoq; maximũ aliqd præter ea quæ nuper diximus signũ erit. Quòd

fi hęc omnia affuerint indicia, aut faltẽ quæ maxima funt, †aut plurimũ occafionis habẽt, fitis quoq; vehemẽs adiungatur, vomitusq́; bilis, aut fudor, vel vtraq; fuperuenerint, tũc nulla dubitatio relinquitur. Quòd fi inter hæc à febre quieuerit homo, hac inquã quæ ex fuo motu eft omnibus nota, propria verò febriũ inæqualitas in arteriarum motu relinquatur, tunc firmiter poteris, effe tertiana febrem oftendere, ac fi tertio iam die accefsionem feciffe vidiffes.

καὶ ἐπικαιροτάτων i. & lõgè præcipua.

De fignis Quartanæ. CAP. VI.

QVartana autem (nam & huius figna fcribere oportet) manifeftifsimum fui præbet indiciũ in principiis accefsionũ, quãdo rigẽt adhuc qui quartana laborant. Nã eorũ pulfus fatis tardi funt ac rari. Quũ autem confiftit febris, atq; etiam augetur, neceffe quidem eft vt veloces fiant atq; frequẽtes, Seruatur tamẽ & tũc propria ipfius tarditas ac raritas, fi additã velocitatẽ atq; frequentiã in accefsionibus mediteris. Et quidẽ fi cõparaueris quartanæ febris confiftentiã tertianæ cõfiftentiæ, nõ parũ velocius atq; frequentius in tertianis pulfus arteriarũ moueri videbũtur. Et ipfius vnius motus inæqualitas in quartana febre formã eius monftrat. Nã quæ omnibus cõmunis eft febribus in vno pulfu inequalitatẽ,

in hac manifestißimè licet cõprehendere. Multo enim velocius principiũ, finemq; motus inuenies quã medium. nõ tamẽ in tertiana ita se habet breuis etenim in ipsa est velocitatis excessus atq; in cõsistentia præsertim. Verũ & caliditatis indicia diuerso modò se habent. Nã æstum & deustionem, & quendã velut feruorẽ, qualiter in tertianis videtur, in quartanis haud quaquã inuenies Hæc igitur signa maxima sunt, reliqua verò externa. nã neq; hæc sunt omittẽda. Sed & ægrotantis, natura est inspiciẽda, si in ea atra bilis abundat, & tẽpus quoque anni, si autũnus: & præsens status, si inæqualis. Sic verò & loci natura, & morborũ peruagantium populariter & si lien intumuerit, febrisq; sine ordine antecesserit, & ætas senior quã consistentium, & si cũ sudore febres desinãt. In his vero bilis flaue vomitus minimè est expectandus, quemadmodũ nec in quotidianis intermittentibus. hoc etenim tertianarum proprium est signum. At quum febris cessauerit, si adhuc signũ febris remanserit, pulsusq;, his qui secundũ naturã rariores ac tardiores fuerint, quartana proculdubio erit huiusmodi febris.

De signis quotidianæ intermittentis. CAP. VII.

FEbrem verò quotidianã intermittentẽ vel ex his maximè signis agnosces.

Nam eius caliditatem humidiorē cū quadā acritudine esse oportet: nō quum primum manus admouetur cōfestim occurrentem, sed per morā. Nā quædam fumosa caliditas cum multo vapore commixta exire videbitur, quāi magis ignis in humore suffocetur quàm ipsum possit cōuincere. Sed & his lōgè minores sunt pulsus pulsibus quartanarū, quàm istarū pulsus pulsibus tertianarum. Rursus verò tanto rariores sunt in quotidianis intermittētibus pulsus, his qui in tertianis, quāto illis pulsus quartanarū: at tarditas in vtrisq; eodē modo se habet. Minus verò siticulosa hæc febris est: tantumq; eā quartana excedit, quātū istā tertiana. lingua verò & totū corpus siccissimū est in tertianis. at in febribus his humidissimum & vomitus pituitosi. & quæcūq; per ventrem excernuntur frigidiora sunt atq; humidiora & crudiora, aquosiora & pituitosiora. Vniuersum corpus deniq; in hisce febribus plenum crudis humoribus inuenitur. Et quidē ætatibus, naturis, anniq; statibus, & tēperaturis humidioribus accidunt. Nam adolescentē biliosa ac sicca tēperatura, nunquā vidi huiuscemodi corripi febre. Pueri autem, & præsertim minores natu, & ex his qui iam perfectū corpus habēt, pituitosi & habitus crassi, atq; ocio plurimo de-

diti,

diti,crapulis,ebrietatibus, balneis assiduis, post cibum præsertim,vtentes,à quotidianis facilè capiuntur. Loca etiam humidiora atque ex anni temporibus hibernum,atque ex statibus humidiores,hanc præcipuè affe runt febrem. quod si sit etiam populo com municata, tunc præter ea quæ antea diximus signa,hoc quoque non parum ad eā dignoscendam conducit. Non tamen harum febrium declinationes, quemadmodū tertianarum & quartanarum,sudoribus termi nantur. Quare neq; ad integram quietem (exceptis paucis) perueniunt. Vrinæ verò quæ procedentibus ipsis adueniunt, totius morbi tempora docent: quæ autem in prin cipiis vidētur,febris etiam speciem indicabunt. Nam in quotidianis vel albæ sunt & tenues,vel crassæ & turbulentæ, vel rubicundæ,tertianis autem ruffæ vel subrufæ: quartanis verò variæ quidem,sed crudæ omnes:& hæc quidem sunt febrium intermittentium signa.

De signis febrium continuarum.

Cap. VIII.

FEbres autē cōtinuas ex eo cognosces, quod nullū eis adest ex signis quæ intermittentibus adesse diximus, & si intra etiā quatuor & viginti horas nō cessauerit febris. Si verò inęquale habuerit incremētū

hæc quidem præter alia ſigna longius etiã tempus oſtendit, & quidem ſi & proprium febrium ſignum in pulſibus manifeſtũ habuerit. Si verò inordinatio quædam ac inæqualitas ipſis vel †inconcinnitas adſit, & hoc etiam indicium ſimul magnitudinis ac continuitatis. Si verò in hoc ſtatu permanẽtes tertio die maiorem acceſsionem oſtenderint, aut excremẽta & vrinæ omnino crúdæ apparuerint, non poſſunt huiuſcemodi febres ante ſeptimum diem terminari. Si verò & quarta dies tertiæ diei ſimilis fuerit, & febris veluti deurens, neq; facies aut reliquum corpus collabitur quicquam, huiuſcemodi febris ad longius tempus extendi cõſueuit. Tales quidem ſunt differentiæ earũ febrium quæ accidentibus carent. Curatio autem cuiuſque earum deinceps ſcribetur. Primum quidem intermittentium. deinde vocatarum continuarum. Ex intermittẽtibus verò breuiſsima ac mitiſsima eſt tertiana. lõgiſsima autẽ, ac, quantũ in ipſa eſt, haudquaquam periculoſa, quartana. quotidiana autẽ, lõga & non ſine periculo. Quare ab initio ſtatim ad vniuerſum ægritudinis tempus inſpicientes, rationem victus inſtituemus. Nam quæ velociter fiunt, ac celeriter ad ſtatum veniunt, & ſi valde tenuẽ victũ exhibueris, non multum lædes. Quæ

† *In impreſ.* ἀρυθμία, *in antiq.* ῥαθυμία. *i. pigritia.*

vero

verò ſunt diuturniores niſi ab initio gran diori cibo reficias, hominē cum morbo pariter perimes, aut intēpeſtiuè victus modū commutabis. Neq; enim oportet ſtatu accedente, grandiorē quàm prius cibū offerre, ſed contrà potius, tenuiſsimum victum qui in toto modo exhibeatur, in ſtatum reſeruare: Hoc igitur in omnibus cōmune præceptum. Sed oportet pręterea quæ ſingulis febribus intermittentibus propria ſunt conſiderare. Veluti cōfeſtim in tertianis (neq; enim malè ab his initium ſumēdum) primū diſtinguā ſi exquiſita ſit febris, & (vt quiſpiam diceret) legitima, aut nō exquiſita ſed velut nota quædam. nam quæ exquiſita eſt tertiana, ad maximum ſeptem circuitibus iudicatur. præter id quidem, etiam minimè periculoſa. alteram verò, quę non eſt exquiſita, vidi quandoq; quum in autumno incepiſſet, in vere deſiiſſe. tum verò vt par eſt in tempore adeo longo, tum quia ægrotus medici præceptis nō perinde paruiſſet, ſed in quibuſdam deliquiſſet, tum quia ex hyeme læſus eſſet, lien maximè intumuit, & præcordia flatibus fuerunt oppleta: & iam ſubtumida quædam erat decoloratio in facie, ac præſertim circa crura, adeo vt nobis de adoleſcente dubitare contingerit, ac maioribus vti remediis fuerit neceſſarium. Sic

igitur nihil simile habet huiuscemodi tertiana cum exquisita. Quare & ab initio eas distinguere oportet. Quantum enim natura differũt, tantũ rationabile est rationem victus permutare. Vt igitur eas optimè sciamus distinguere, quæ adolenscenti acciderint mihi sat erit scribere, quæ veluti quædam exempla ac monuméta tibi futura sunt earũ quæ nõ exquisitæ sunt tertianæ. Erat tempus anni medium inter occasum pleiadum & quod antecesserat ęquinoctiũ. Inceperat autem febris cũ horrore adolescenti circa auroram ferè, quę neq; in caliditate similis tertianę videbatur, neq; in pulsibus, sed neq; vomitus bilis subsecutus est, neq; sudor sufficiẽs. Sed in die secundo tantummodo circa horam tertiam, pauci humidi vapores exierunt, ex quibus febris quidem exhalauit, ita pedetẽtim vt vix circa vesperam expers febris videretur. Nam febris signum satis manifestum in pulsibus in ipso manserat. In reliquis verò circa vesperas satis bene se habebat, & per totam noctem. Rursus verò circa tertiæ diei auroram, secunda accessio facta est, omnino pręter quã in tempore, similis. Nã nocte superueniente, paululum ante diẽ vapores aduenerũt, ac circa quartæ diei auroram febris cessauit. Ac reliquo autumni tempore, atq; hyemis

mis quo ægrotauit cum alia omnia, tum & tempus accessionis & solutionis febris eodem modo perseuerarunt. Agebat autem adolescens circiter decimum octauum ætatis annum. albus aspectu & pinguis. qui sæpius antea in ocio degerat, & crapulis balneisq́; plurimis & repletionibus vsus erat: Quare neque bene cibos concoquebat. Simul autem ei aduenit durities in pulsu. In prima autem die atque secunda, mediocris: in tertia autem circa quartum atque sequentibus vsque ad septimum, ad tantam peruenit duritiem, vt quispiam qui soli crederet pulsui multorum fore mensium ægritudinem iudicaret. Talis autem perdurauit vsque ad vernum æquinoctium, in quo cœpit mollescere, & rursus postea quadragesimo die omnino æger à tertiana est liberatus, tendente paulatim ad mollitiem pulsu, ac minore quotidie fiente accessione, vrinisque † meliorem habentibus substantiam. Et hæ quoque in priore tempore erant admodum crudæ. Talis quidem est tertiana quæ alterius exquisitæ maximè contraria existit. Reliquas verò intermedias haud numero paucas, ex extremis quæ determinata sunt, non difficulter inuenies. Quæ enim in principio sermonis tertianarum febrium indicia

† ὑπόστασιν χρηστὴν ἐχόντων .i. optimam subsidentiam habẽtibus

dicia ſcripſimus, ſi omnia affuerint, exquiſitam reddunt tertianam. Cuius acceſsionis tẽpus breue, quatuor aut quinque aut ſex, at longiſsimè, vndecim aut duodecim horas complectitur. Et huiuſcemodi febrium vrinę, tertio die, ad ſummũ quarto, coctionis ſignum oſtendunt. hoc quidẽ pacto exquiſitam aut non exquiſitam tertianam cognoſces. Eadem quoq; ratione & quartanam & quotidianã. Cui enim omnia inſunt indicia quæ in quartanis febribus antea ſcripſimus hæc vera atque exquiſita quartana eſt: cui verò minimè, ſpuria eſt & nequaquã exquiſita. Et quotidiana quoq; cui omnia quæ diximus inſunt, exquiſita eſt. Quæ autem eam naturam non habet, non exquiſita. nõ igitur nothæ minimeq; exquiſitæ febres diuturnæ ſunt, vt quotidianæ & quartanæ. Cæterùm quemadmodum exquiſita tertiana breuis eſt tẽporis, ſic & quotidiana & quartana diuturnæ. Hæc quidẽ in his qui per circuitum quendã febricitant, oportet conſiderare. In aliis autem febricitãtibus, vrinas atque excrementa atque vniuerſum corporis habitũ inſpicere oportet: calorem quoque atq; arteriarum motum, & quæcunque alia pręter hæc Hippocrates & lógus vſus inſpicere iubent. veluti regiones, anni tẽpora, & cõſtitutiones, & ætates,

corpo

corporum temperaturas, consuetudines,& causas antecedẽtes, & quæ simul cum mor bis inuadũt, & quæ in medio tẽpore apparent. iam totũ cuipiam videri potest admonitum esse, non tamen res ita se habet. nam quiddam maximum etiã inter hæc omnia, breue tamẽ dictu, nondũ scriptũ est. Quid verò hoc est? Morbi quãtitas ac viriũ. Res quæ ad eã rẽ explicandã vno indiget verbo, ad vsum verò permagna est. Neq; enim bene prænoscere possumus, nisi horũ singulorum magnitudinẽ diligenter pẽsitemus. Nam vtrum morbus sit exitialis an non, & quando magis debeat mori, an sanitati ægrotus restitui, nisi omnia quę diximus diligentius animaduertens ad duo redegeris capita, ad ipsius scilicet morbi magnitudinem & ægroti vires, nõ poteris verè prænoscere. Nam si vires adeo validæ fuerint vt possint morbũ superare, necesse est ęgrotum euadere. Si verò cõtrà, omnino morietur. Nõ igitur solũ inspicias, qualis sit morbi species ac forma: sed & eius magnitudinem aduerte. Non paruam autẽ hoc exigit experientiam tum alias ob causas, tum quia neq; scribi, neq; omnino sermone edoceri singulorum quãtitas potest. Quod si quid in nobis est, ex nulla re adeo possumus ad exquisitã peruenire notitiã, quantũ ex crebra

bra

bra exercitatione circa quantitatis coniecturam. Hoc quidem in ipsis operibus & discere & docere possibile est. Quæcunque verò in qualitate determinantur, hæc diligenter ac manifestè quam breuibus poterimus verbis transigemus.

De cura febris tertianæ. Cap. IX.

EXquisitam ergo tertianam, vt quæ ex flaua bile commota inualescat, quàm maximè fieri potest, refrigerare oportet ac humectare. Nam contrariorum contraria remedia sunt. quæ quidem quod superfluũ est, reprimant: quod verò deficit, suppleãt. At flauæ bilis humor, omnium qui in corpore sunt, aridissimus calidissimusque existit. Hunc igitur quum ad ventriculũ repit, per vomitum educere oportet: quum verò vergit ad inferiora, eodem modo per inferiorem excretionem. hoc quidem & sponte fieri solet in tertianis exquisitis, Per vrinã quoq; & sudores oportet euacuare. Iuuat autem & per inferiores partes bilis expurgatio. venter autem mollibus clysteribus exinaniẽdus est. Vrina verò, potionibus in quibus apium, aut anetum maduerunt, prouocanda. Et si tibi coctionis signa mõstrantur, iam cum fiducia aliquid absynthij potes exhibere. quod alioquin summũ est stomachi remedium vbi bilis infestauerit, si

præ

præſertim ex ipſius coma quantũ ſufficiat accipiẽs mellicrato intinxeris. Balnea verò calida ex aqua potabili proſunt tũ quia aliquid bilis educũt, tũ etiã quia ſua qualitate plurimum iuuãt. Nam huiuſcemodi balnea humectant ac potẽtia refrigerant. Marinæ autẽ aquæ & ſalſæ, nitroſæ atq; ſulphureæ, plus quidem bilis educũt, ſed multo minus quàm potabiles proſunt. Præſtat verò neq; ipſas vtiles dicere, quãdoquidẽ plus qualitate nocẽt quàm euacuatiõibus iuuẽt. Equidem noui quẽdã corrupto iudicio hiſce balneis vti perſuaſum, deinde reſiccato corporis habitu ad tantã veniſſe perniciẽ, vt tabe cõſumptus interierit. Reliqua verò victus rõ ad bilẽ etiam †excernẽdã exhibita eſt. Semper autem oportet contrarias qualitates illis quæ præter naturã inualuerint opponere, quum hoc multo plus iuuet quam quomodolibet euacuare. Sed neq; hoc ipſe nouerat, neque alio docẽte didicerat. Hæc igitur in balneis intentio ſit, vt corpus madeat atq; humectẽt, atq; idcirco neq; nitrũ, neq; ſal neq; ſinapi adiũgere oportet (quod genus mali cõplures ægrotis afferre videntur) at vbi plurimũ olei calidi infuderis, ad aquam perducerẽ ac madefacere. & ſi in ea natare voluerint, quantũ id facere poſſunt permittendũ. At qui balneis admodũ delectan

†In veteri legitur πρὸς τὴς γένεσις τῆς χολῆς i. ad bilis generationem.

ctãtur, si etiã bis in die lauari permiseris, nõ aberrabis. sed illud semper habeto in memoria, vt tempestiuè id faciãt. Si verò etiã coctionis signa ostẽdantur, etiam si sæpius laueris, nihil deliqueris. A vino verò, antequam morbus coquatur, omnino abstinendum. At vbi concoqui cœperit, dandum est ab initio tenue, aquaticum, & paucum, vbi verò iam prope est vt morbus soluatur, amplius est offerendum. Cibi autem quicũque humectant atque refrigerant, omnes vtiles sunt exquisitis tertianis. Quantitas verò in ipsis sit tanta, vt bene cõcoqui possint. Ex oleribus quidem, attriplex, blitum, lapathum, & malua, & lactuca, & cucurbita. Ex aliis verò ptisanæ succus, & ex aliqua sorbitiones, & ex piscibus saxatiles. Ex volatilibus autem, quæ mollibus cõstant carnibus. Quæ autem talia non sunt, eorum alæ. Testiculi quoque gallorum, & suum pedes & cerebra. Paruorum verò si etiã dederis† carnes assatas: nihil nocebis. Sed & oua ad sorbendum sunt offerenda, & præsertim vitelli eorum. nam hi facilius quàm pars alba cõ coquuntur. Ex fructibus autem permittendum est vt illos degustent qui non sunt omnino difficiles concoqui. Oportet abstinere à melle, sinapi, & salitis, atq; omnibus acribus, & à vinis & satis vetustis, & quæ

† In græ. legitur σαρκὸς τα κερᾶς quod alij coctura il liquefactas carnes interpretantur

natura sunt calida. Hæc quidem sit victus ratio in pluribus veluti ad coniecturã exposita. Qui verò non admodum delitiosi sunt, his talis victus est instituendus qualẽ nosti me aliquando instituisse in exquisita tertiana secundum sermonem Hipp. ex succo ptisanæ vsque ad crisim: hæc quidem in exquisitioribus tertianis seruare oportet.

De tertianæ nothæ cura.

CAP. X.

IN his verò quæ nõ adeo exquisitæ sunt, prouidendum est pro viribus ne morbus augeatur, néve ægrotantis vires prosternãtur, quæ longiori tempore debent laborare: difficilè verò est seruare vtrunque: quoniam inediæ quantum prosunt ad morbi cõctionem: tantũ vel amplius officiunt viribus. Cibi verò quantũ ægroti robur adaugent tantũ coctiones impediunt. Sed & id quoque noscere opus est, ad quantã magnitudinem perueniat morbus, ac quantæ sint ægroti vires: vt ad ea inspiciens quæ maius auxilium exposcunt, inedia quidem in valentioribus vtaris viribus, & morbo coctu difficili: largiori autem cibo, vbi vires sunt debiliores, neque morbus admodum concoqui contumax. Hæc quidem & in omnibus aliis morbis considerare oportet In tertianis verò non exquisitis neque

ſtatim circa initia balneare expedit, ſed quũ primum coctionis ſigna apparuerint. Neq; quotidie cibum oportet exhibere, ſed alternis diebus. Quies verò & calefactio circa præcordia iuuant, & ſorbitiones concoqui faciles, & clyſteria nõ admodũ mollia. Quod ſi ſanguinẽ mittere oporteat neque hoc quoq; omittendum. Sed ab initio ſtatim adhibita earum rerum quas ſcis diſtinctione, tãtum ſanguinis mittẽdum quantũ præſens exigit ſtatus. Sit autẽ totius victus ratio, nõ quæ humectet atq; refrigeret vniuerſum corpus, qualis in exquiſitis exhibetur tertianis, ſed & aliquẽ modum aſſumat ad calefaciendum atq; incidẽdum. Plurimum igitur eos iuuat ptiſanæ ſuccus pipere adiecto, vel etiã hyſſopum vel origanum, vel ſpicam nardi mulſa infundens & decoquens ad bibendum propina, & quæcunque alia prouocantia vrinã, præterquã illa quæ ſuprà modũ calefaciunt atq; exiccant: maximè verò poſt diẽ ſeptimã, danda eſt iugiter abſinthij coma. Et quidẽ oxymel potione plurimos iuuat, & aliquid ex his quæ molliter ventrem ſubducunt, quibus me aſsiduè vti nouiſti. Vomitus autem poſt cibũ, adeo his quibus hæc febris perdurauerit vtilis eſt, vt multos ſciam ſolis vomitibus ſtatim fuiſſe curatos.

De

De cura quartanarum.

CAP. XI.

DEinceps de quartanis dicemus: quas etiã ab initio mediocriter ac leniter tractare oportet, nullũ fortè medicamẽ aut euacuationẽ exhibentes, nisi fortè sanguis vehementer superabundans appareat. Et si vena incisa, is qui fluit, niger videať ac crassus (præcipuè verò in his qui liene laborant huiuscemodi visitur) audacius mittẽdus est qđ si flau⁹ aut tenuis apparuerit, statim supprimẽdus. Venam verò secare oportet, vel interiorẽ, aut mediã quæ est in sinistro cubito. Victum deinceps instituere sine flatibus ac optimũ vẽtrẽ, quãtum possibile est, mollẽ facientes his quæ vsitata sunt. Quod si hæc nihil proficiãt, clysteribus vtẽdũ est, à principio quidẽ mollib⁹ postmodum verò acriorib⁹. Arcẽdi sunt aũt à carnib⁹ porcorum, atque ab omnibus eduliis quæ tenacia sunt, & tardũ habẽt exitũ, ac quæ refrigerãt exiccãtq; corp⁹. Vino verò vtẽdũ est albo ac tenui ac mediocriter calido: & volatilib⁹ quæ boni succi sunt, & nõ in paludib⁹ degũt. Pisces aũt adhibẽdi cõcoqui faciles molles carnib⁹ nihil tenax habẽtibus. Vtẽdum est autem salsamentis & sinapi. Et certis diebus, id medicamen quod diatrion pipereon vocatur, vel diospoliticum est

assumendum. Et si quotidie piper tantum cum aqua biberent, rectè etiam facerent A frictionibus autẽ & ambulationibus & balneis atque aliis vsitatis non sunt penitus prohibendi. Et si omnino possent à balneis abstinere, solis contenti frictionibus, quã plurimũ ex eo iuuamen admitterent. Et si quartana febris breuis sit, neq; admodũ violenta, nihil nocuerit, si diebus interiectis ad consueta exercitia se transferant. Hæc quidem ab initio & vsque ad statum sunt peragenda. Si verò in statu morbi præcipuè ægrotus esse videatur, tunc subtilioris victus ratio est adhibenda quã antè vel post. Statim verò præcipiendũ est vt diu cõquiescat, ac visceribus prouidendum, vngendo atq; emplastrãdo his quæ mollire ac laxare possint: deinde medicamentis vtendũ, quæ ciendi vrinam vim habent. Et si coctionis morbi inditia apparuerint, tunc purgare oportet his quæ humores atros exinaniẽdi vim habent, non semel tantũ, sed sæpius si fuerit necessariũ. Vtendũ autẽ & vomitibus statim à cibo, & si nihil prohibuerit, elleborũ album est exhibendum, primùm quidẽ permixtum † radicibus, quòd si nihil profecerit, elleborum ipsum. Qui verò nequeunt euomere, hi per inferiora vehementius sunt purgãdi: hisq; deinde medicamen

† ῥαφανίσιν.

confe

confectum ex viperis in potu dandũ, & alia quæ ad huiuſcemodi febres cõmendantur, ex quib⁹ eſt & illud nobis familiare præ cæteris laudatiſsimũ, quod ſuccũ cyrenaicum recipit. Quicunq; verò ab initio aliquid ex his medicamẽtis exhibuerunt, aut omnino ante ſtatum, quartanã quæ erat ſimplex ſæpius fecerunt duplicem, aut omnino maiorẽ ac difficiliorẽ: ex duplici autem: triplicem, aut omnino ambas difficiliores maioresq; reddiderunt. Noui autem medicũ qui auſus eſt homini qui triplici quartana laborabat, medicamẽ ex viperis exhibere, quãdo nondum morbus in ſtatu eſſet: deinde (vt par eſt) auctis omnibus, febris continua ſubſecuta hominem occidit.

De *cura quotidianæ*.

CAP. XII.

QVotidianã aũt quũ volueris curare, oxymelite † vtere poſt primos dies & illis quæ probè poſſunt vrinã validè ciere. Et vniuerſum totius victus caput ſit ad incidendũ efficacius. Circa ſtatũ verò, de ventriculo eſt habẽda ſolicitudo, ac de eius ore præſertim; deinceps iubendum eſt vt poſt radices & cibos aſſumptos euomant, his etiam quæ pituitam ſubducunt vtẽdum reliquam verò victus rationem ad communes intentiones inſpiciens, inuenies.

† *Alij legunt non* χρῶμεθα τὰς πρώτας ἡμέρας, *Sed* χρώμεθα τὰς πρώτας ἡμέρας.

De cura febrium continuarum quæ carent accidentibus. CAP. XIII.

i. vtimur primis diebus, cui lectiõi astipulatur Pau. libro 2. ca. 24.

Continuas autẽ febres quibus quidem status morbi nõ vltra septimam futurus est, & vires validæ sunt, atque ætas consentit, his quidẽ admodum exquisitus & tenuis victus est instituendus. Quibus verò vel status totius morbi longius abest à septima, aut vires robustæ non fuerint, hi ab initio vberiori cibo sunt reficiendi, propè verò statum, tenuiori. Quum autem iam adest status, tenuissimũ victũ seruare oportet, deinde rursus semper vberiorem: ac potius simile augmentum rursus efficere, huic qui antè statum fiebat decremẽto. Sanguinem verò mittere oportet & ob morbi magnitudinẽ. Et quibus rubor multo plusquã naturæ conueniat, & maior quam pro consuetudine totius corporis tumor, & venæ eminentes atque extẽsæ, his est auferẽdus, nisi vires aut ætas aut aliquid eorum quæ suprà commemorauimus, prohibuerint. Quod verò humidus victus in febribus acutis omnibus iuuat, pridem rectè dictum est. Cremorẽ igitur ptisanæ, his quibus non acescit exhibere oportet, & mellicratũ quibus non bilescit & sorbitiones ex alica, & panem ex aqua, & quæcunque alia eandem aut similem vim habent. Quæ præter modum

dum calidæ & ardentes sunt, quum primũ videris coctionis signa, tunc audacter aquã frigidam potandam exhibe: modus verò in quantitate seruetur, quemadmodum tempus anni, regio, ætas, & natura: & consuetudo etiam exposcit. Talis quidem est, vt in vniuersum dicam, febrium quæ accidentibus carent curandarum ratio.

De curatione febrium cum accidentibus.

CAP. XIIII.

QVæ verò cum accidentibus sunt, nõ æquè simplicem exigunt curationem. At pro viribus metiendum est quanta sit febris, quantúmve ex accidẽtibus periculum immineat: atque ad id quod vehementius ac difficilius, intendendum, non posthabita omnino etiam alterius cura. Age enim, si quis febricitet †eorum qui non sunt habitus plenioris], verùm ex recentibus cruditatibus angorem quẽdam sentiat ac morsum, atq; os ventriculi pressum, vel si etiam humorẽ aliquẽ malum euomuerit, & in huius transitu non parum fuerit offensus adeo vt difficilè ferat atque molestè, nunquid hic ad febrẽ respicientes, solã multitudinem euacuare tẽtabimus? quod alioquin sine molestia faceremus, an prius ori

†Locus in græcis cod. impressis legitur negatiue, sed in veteri legitur affirmatiue vt

ſit verten dum, ad- ſit autẽ ea diſpoſitio quæ phle- torica ap- pellatur.

ventriculi prouidebimus? ac poſteà ſic, vbi circa hoc bene ſe habuerit, quã licuerit totius corporis euacuationẽ faciemus? Mihi quidẽ ita agendum videtur. Multos itaq; vidi qui ita affecti erãt, quoſdam interiiſſe, nonnullos ad extremũ periculũ fuiſſe perductos, quum medici eos vacuare tẽtaſſent antequã os ſtomachi corroboraſſent. Sed neque ſi fuerit febris cum profluuio vẽtris, alia eſt opus euacuatione: verùm hæc ſola ſufficit, quãuis non ſit pro multitudinis ratione. Quicunque enim his plus adimere fore neceſſarium putantes, aut ſanguinem mittere aut ventrem mouere tentarunt: in grauiora pericula duxerunt. Sed neque ſi quis ſimul & diſtentione neruorũ laborauerit, & ſanguis eguerit miſsione, neque huic tantum ſemel mittere oportet quantũ exigit morbus, ſed aliquid etiam accidenti eſt relinquẽdum cuius cauſa ſæpe ſudores eueniunt, & vigiliæ moleſtant, & vires ægroti debilitãtur. Ita etiam ſi vehemẽtes vigiliæ aut dolor intẽſus ægrotũ infeſtãt, cauẽdæ ſunt ſubitæ ac multæ euacuationes. Ipſa præterea ambiẽtis aëris tẽperies loco accidentis cuiuſdã habenda, quando exquiſitè calida ac ſicca fuerit, qualis eſt tẽpore medio inter canis ortũ & arcturi: atq; ideo oẽs quibus medici nihil omnino de temporum

ſtatu

ſtatu cogitãtes ſanguinem abſtulerunt, interierunt. Si etiã valdè frigida fuerit, tunc quidem ſanguinem mittere eſt formidandum. Neque illud ignorare oportet, non parua ex ſimilibus rebus ſequi pericula interierunt autem nõnulli qui in calidis admodum temporis cõſtitutionibus non rectè euacuãtur, ex defectu animæ, quẽ ſyncopen vocãt, & diſſolutione. In frigidis verò cum acceſsiones incipiunt, vehementer refrigerati nequeunt tolerare. Ob hæc igitur neque in locis ſuprà modum calidis aut frigidis, ſanguinem mittere audemus. Sed ſi regioni temporis ſtatus cõſentit omnino abſtinemus: quum verò non conſentit, euacuamus, quidem ſed multo minus quam ſi neutrum prohiberet. Tanquã etia accidens quodã ægrotãtis, ad patiẽdum facilitatem conſiderare eſt neceſſarium, Multi enim neque vnquã fuerunt euacuati, neque euacuationẽ vllam integrã, aut inediã lõgam poſſunt perferre, ſed aliis quidem ob iſta facilè totius corporis robur labefactatur: aliis verò os vẽtriculi malè afficitur, adeo vt cibos abhorreant: quod ſi eos cogantur aſſumere, aut nõ retinent, aut male concoquunt. In hac dignotionis parte, etiã ægrotãtis temperaturã cõtẽplari oportet. Quicunque enim calidi & ſicci natura ſunt, hi-

omnes facilè ab integris euacuatiōibus offenduntur. Et cōsuetudo quoq; non parui momēti est, cum ad omnia alia, tū præcipuè ad euacuationis indicationē. Quidā enim nunquā prius fuere euacuati, neq; vnquam euacuationē integrā pertulerunt, & multis cibis vsi sunt. Nōnulli cōtra, neq; multis cibis vsi fuerunt, & euacuationibus sunt assueti. Hos igitur intrepidè euacuare oportet quādo & reliqua etiā cōsentiunt: alios verò, nec si omnia alia id suaserint. Eodem pariter modo & corporis habitus cōsiderare oportet. Nam qui dēsa & solida carne cōstāt, his habitus haudquaquā facilis pati. Quare nō oportet vereri ipsos euacuare ex toto, si quidē & alia id iubent. Sed qui mollem &†tenellā & diffluentē habent carnē, hi mirum in modum sunt ad patiēdum habiles. Quare & si reliqua omnia sanguinē esse minuēdum persuadēt: nō tamē id facere audendum est: sed aliis euacuationibus quātum moderatè & cōsideratè fieri pōt, vtēdum est. Eodē modo & quicunq; supra modum crassi sunt aut macilēti: nam & his venā incidere cauēdum est, aliasq; euacuationes integras vereri oportet. His etiam & ætas annumeranda est veluti accidens quoddā, quod prohibendi integrā vacuationē vim habet, neq; enim pueri, neq; senio

†βρυώδη.

res hanc ſine noxa tolerant. Hoſce igitur omnes quos diximus, vbi diſpoſitiones hortētur, nō ſemel neq; ex toto, ſed paulatim oportet euacuare inediis moderatis & frictionibus, & clyſteribus mollibus, humectationibusque & cataplaſmatis & balneis. Quorū ſingulorum indicationes rurſus ab his quæ antea diximus, ſunt aſſumēdæ. Ita etiā ſi quādo duo cōtraria accidētia conſequantur, inſpicere oportet vtrū eorum ſit fortius. Eodē modo ſi duo morbi eūdē hominem obſederint, qui inuicē pugnātes habeāt indicationes. Nā & tunc quoq; aduerſus id quod magis vrgeat inſtādum, neque alterū omnino negligendū. Eas verò quæ habētur ex accidētibus & morbis indicationes, nō ſimpliciter, ſed ſecundum cauſam à qua ſingula fiunt cōſiderādum, qualia ſunt defectus animi & diſſolutio. Nā conſueuere medici de vna re hæc duo nomina dicere. Eſt igitur res ipſa quidē vna, eius verò ſunt plures cauſæ. Nam animo deficiunt & in morbo cui choleræ nomen eſt, & in profluuiis ventris, & difficultatibus inteſtinorū, ac læuitatibus, & muliebri fluxu, & vulneribus, & hæmorrhoidibus emanātibus & reiectionibus ſanguinis, aut profluuio ſanguinis ꝑ nares aut alios meatus, & in matricis poſt partū purgatiōibus immoderatis.

Non

Nonnunquam verò & vehemens cruditas animæ defectum attulit, & tunc præsertim quum ventrem supra modum soluerit. Et qui morbus bulimos appellatur, nihil aliud est quam animæ defectus. Omnem præterea quæ ex matrice prouenit strangulationem, defectus animi antecedit, sicuti ad matricis versus superiora recursus & ad latus inclinationes atq; inflammationes plerunque consequitur. Antecedit autem †morbum attonitum, & comitialem quum malignior existit, & resolutiones, & syncopen, & tabem. Sed & in principiis febrium non admodum paucarum aduenit, & tunc præsertim quum supra modum aut siccum & squalidũ aut plenũ immoderatè corpus extiterit Et nõnunquã etiam simul cũ febre ardente atq; maligna inuasit: & quibus extremæ corporis partes in accessionibus febrium plurimũ sunt refrigeratæ. Et quicunq; ob inflammationis magnitudinẽ vel hepatis, vel ventriculi, vel stomachi febricitant, his etiam in principiis accessionũ animi defectus adueniunt: illis præsertim quibus humores crudi minimeq; cocti redundant: aut qui aliquã præcipuã partẽ obstructam habẽt. Animo etiã deficiũt quibus os ventriculi malè affectũ est, aut humorũ vitio mordicatur, aut crassis, aut lentis, aut humi

† *Apoplexiam.*

humidis vel frigidis humoribus aggrauatur. Quidã etiã in vehementibus animi affectibus animo defecerũt, sed præcipuè senes, & qui alioquin sunt imbecilles. Etenim plures eorũ tristati, aut lætati, aut irati animo defecerũt. Est verò vbi roridæ humiditates quædã his ita affectis haud in tẽpore superuenietes, animi defectũ inducunt, sicuti & qui magis robusto sunt corpore, ex immoderatis sudoribus idẽ patiuntur: & si abscessus quispiã †erumpat, *vires vehementer lædit, ac tũ pręcipuè quũ materia simul tota ad ventriculũ vel vẽtriculi os aut thoracem defluxerit: Et si quãdo etiã nos abscessus secantes, totum simul emittere pus tentauerimus, animi defectum subsequi est necessariũ. Et si quandoq; purgantes, aut clystere abluentes, aut quomodocunq; euacuãtes: id aliquo modo vehementius quam oporteat egerimus. Neq; enim †morbo inter cutem tota simul humiditas (quãuis ea superfluitas sit præter naturã) potest sine noxa euacuari, sed tũc quoq; necessariũ est hominẽ deficere animo. At verò ex vehementia dolorũ veniũt dissolutiões, quum morsus quidã ac tormina, aut ilei, aut* intestini crassioris affectus subitò accidũt. Sed & neruus percussus & musculi caput, animi defectũ intulerunt: & maligna in articulis

† ῥαγεῖν. i. rũpatur * In ant. τὰ̃μὴ τὰ σου τὴν δύναμιν ἰσχυρᾶ. i. ei qui nõ admodũ validis sit viribus. Et ita õĩo legendũ est † τοῖς ὑδέροις, id est aqua ĩter cutẽ laborantibus. * in impſ. κωλικῆς. in ant. κοιλιακῆς i. ex diuturno stomachi vitio alui fluor.

vlcera omniaq; gangrenosa,& depascẽtia, & immoderata quædã frigiditas,aut caliditas, vitalisq; roboris dissolutio,hæ quidẽ sunt defect⁹ animi causæ. Atq; singulæ earũ propriam curã desiderãt.at de omnibus quidem nunc scribere nõ est opus.nã quæ passionibus assidẽt,sine illis curari nõ possunt. Tãtum igitur in præsenti sermone de ipsis dicemus,quãtum edoctus quispiã possit his quæ repetè ingruunt, accessionibus occurere. Veluti,verbi gratia,eos qui ex choleris,& vẽtris profluuio,& aliis tũ largè tum impetu vno factis euacuationibus dissoluuntur,frigida spargere oportet,& nares cõprehendere,& os vẽtriculi perfricare,ac iubere vt euomat stomachum irritando digiti vel pẽnæ immissiõe,sed & manus & † pedes alligare. Oportet aũt nexus fieri: plures quidẽ,ac fortiores circa manus,quã do per inferiores partes fiunt euacuatiões: quẽadmodũ in hæmorrhoidibus, & vẽtris profluuio,& quæcunq; per matrices fiũt in mulieribus vacuationes. Nã si tunc crura fortius ligẽtur,sæpius aliquid ad partes inferiores attrahitur. Contra autẽ fit in fluxibus sanguinis factis per nares atq; vomitibus,vbi plures ac vehemẽtiores ligaturæ in cruribus fiunt: & quidem quibuscunq; in vulneribus sanguis emanat. Eodẽ modo si

† In ant. σκέλη, id est crura.

ex superioribus partibus accidat, inferiores: si ex inferioribus, superiores vinculis sunt astringẽdæ. Situm quoq; aliquẽ in aduersum tẽdentẽ parti expedit inuenire, non tamẽ hoc multũ fiat. Nã si nimium tendatur, atq; ex hoc fatigetur, nihilominus irritatur quàm si inclinaret ad eundẽ. In vniuersum autẽ, aut ad cõmunia mẽbris patientibus in aduersum trahere oportet, aut ad ea in quibus est † euacuationis origo. Atq; ideo vehemẽtes euacuationes quæ ex matricibus fiũt, cucurbitulæ mamillis appositæ statim sedãt. Quæ verò ex naribus, hepati ac speni secũdũ narẽ patiẽtem, quòd si ex ambabus narib⁹ simul plurimus sanguis efflueret, vtriq; visceri sunt adiiciendę. Vinum etiam aqua frigida temperatum curat eas quæ ex magnis fiũt euacuationibus dissolutiones, & tunc præsertim quãdo ad vẽtriculum fluunt humores. Sed aduertendũ est an aliquid sit quod prohibeat huiuscemodi exhibitionẽ, veluti si aliquod ex visceribus inflãmationem patiatur, aut caput vehemẽtius doluerit, aut passio aliqua quę delirare cogat affuerit, aut febris ardẽs in morbo crudo. Magna enim & quasi insanabilia ex potu vini in huiuscemodi affectibus nocumenta proueniunt. Quòd si nihil prohibeat, postmodum ægrotantis

† *Videtur legendum esse fluxionis.*

tis

tis naturam & consuetudinem & ætatē & ambientis aëris temperaturā considerare oportet. Ad hæc enim respiciens, vel frigidum, vel calidū potum exhibebis. Nā qui assueti non sunt potare frigidū, aut manifestè ex ipso offenduntur, & quicunq; natura sunt frigidiores, & qui in extrema sunt senectute, & loco degunt natura frigidiori & tēpore hiberno, cauere frigidū oportet, atqui cōtrario modo se habēt, hisce intrepidè offerre. Sit verò vinū in fluxionibus quæ ad ventriculum fiunt, calidū & tenue, quale lesbium. In sanguinis autē fluxibus, crassum ac nigrū & acerbū. Ipsis verò locis imponere oportet, veluti vētriculo, & matrici, & stomacho, & thoraci quæ corroborādi vim habent, capiti autę & frōti, præter hęc, illa etiā quæ refrigerāt. Et quibus vel † in summis partibus, & in naribus vena aliqua disrupta est, medicamen aliquod ex his quæ sanguinem supprimere possunt, imponendum. Balneæ verò in fluxionibus quidem ad ventriculum aptissimæ sunt, at sanguinis verò fluxum acriter irritant. Et quicunque ob sudoris multitudinem animi defectum patiuntur, his etiam plurimum nocent, hos enim astringere oportet ac refrigere, ac non laxare cutem, & vinum frigidum præcipuè his exhibere, † neque ali-

quo

† *In græ. legitur.* ἐπιπολῆς. *id est superficie.*

† καὶ μηδὲν ὅλως προσφέρειν θερμὸν, *id est & nihil omniō calidū offerre.*

quò pacto calidum offerre. Sed neq; etiam artus ligare oportet, neq; cogere ad vomitum, neq; vllo modo mouere. at ventis refrigerantibus aditus præparare, aërẽ quoq; domus alterare frigida atque acida qualitate; myrtorum frondibus, & vitium capreolis, ac rosis pauimentum cõsternentes. Nihil verò horum cõfert vbi ad ventriculum fluxiones fiunt. nã quo magis cutẽ densaueris, tanto ipsæ magis augentur. His igitur qui ex euacuationibus dissoluuntur, ita cõfestim succurrendum est. At qui ex multitudine laborant, non ita, verùm in illis artus quamplurimum fricare oportet, calefacere atq; alligare. A vino verò & cibis abstinendum, & balneis etiã si febricitauerint. Sufficit autẽ si eis dederimus mellicrati potũ, in quo ebulliuerit thymus, vel origanum, vel pulegiũ, vel hyssopus, cõuenit quoque oxymel, [& ligare ac fricare manus potius quã crura. Et quæ etiã ex matrice laborant atque exoluuntur, non aliter curandæ sunt excepto exymelle, fricare etiã atq; alligare magis crura oportet quã manus, & quemadmodũ in multò effluxu cucurbitas mamillis imponimus, sic † quibus vterus aut sursum aut ad latus trahitur, inguinibus, & coxis adhibebimus: & naribus quidem, ea quæ fœtidissimũ odorẽ habent, matricibus

Hæc in græ. non habentur.

† *In græ.* ἐν αἷς ἀνεσπᾶσθαι καὶ παρεσπᾶσθαι.

autẽ odorata, ea etiam quæ laxare ac calefacere posſint medicamẽta afferemus. Si verò os ventriculi fuerit imbecille, atq; ideo animi ſequatur defectus, ea quæ roborãdi vim habent oportet emplaſtra adhibere, quale eſt quod fit ex palmulis, vino, farina hordei, croco, aloẽ, ac maſtice. Madefacere autẽ his quæ cõſtant ex abſinthio, & oleo melino, & maſticino, & nardo, † & vino. Et ſi exurãtur, miſcere ex refrigerãtibus aliquid, veluti cucurbitæ ſuccũ atq; lactucæ, & portulacæ, & ſolatri, & * intybi, & vuæ acerbæ, hæc quidẽ nõ ſolũ refrigerat, ſed etiã aſtringit. Aqua etiã frigida plerunque iuuat affectos ſtomacho ſi opportunè * detur, alioquin plurimũ obeſt. Atq; his qui os vẽtriculi imbecillũ habent, vinũ calidum potius oportet exhibere, ſi nihil ſit aliud quod prohibeat. Plurimum verò iuuat eos qui ita laborãt, etiam frictio extremorum. Quòd ſi ex his remediis nihil melius ſe habuerit, eos quidẽ qui aduſti ſunt quãprimũ ad balneas ducere oportet, Qui verò aliqd frigoris ſentiũt, medicamẽ dia trion pipereon nominatũ, atq; ipſum piper ſolũ, atq; † abſinthiũ bibant. Qui verò ex vitioſis humoribus os vẽtriculi mordicantibus diſſoluũtur, hos poſt aquæ calidæ, aut hydrolei potum fac euomere. Quòd ſi difficulter

† Additur in græ. καὶ οἰνάνθης. id eſt & œnanthe, ſed in impreſ. corruptè legitur. οἰνάνθης.

** σέρις.*

** Addit ant. ἐπὶ τῇ παρακμῇ. i. in declinatione.*

† In ant. additur μόνον, id eſt ſolum.

euomant, prius cõcalefacere oportet quæ os ventriculi circunſtant loca, & manus, & pedes. Quòd ſi neque hoc modo poſſunt euomere, digitos aut pẽnas demittẽdo irritare oportet, quod ſi neq; ſic euomant, rurſus his oleum calidum quã optimũ exhibendum. Solet autem ſæpius oleum nõ ſolum ad vomitũ irritare, ſed etiã ventrẽ molliorem facere. Non parum enim ad præſens eſt vtile. Quare niſi ſpõte accidat, arte procurandum eſt: præcipuè verò † & appoſitis hoc tẽtãdum eſt facere. Quòd ſi ex iſtis facilius fiat etiã abſinthij comam in mellicrato decoquẽs ad potãdum exhibeas, atque deinceps vinũ, deinde omnibus modis mẽbra oportet corroborare, partim his quæ extrinſecus apponũtur, partim abſinthij potionibus, nõ tamen id in principiis faciendũ ſuadeo, ſed poſtea, quando circa ventrem partes fuerint expurgatæ. Quando verò adhuc humores in ipſis continentur, nondum aſtringere, ſed tantum concalefacere (vt antea diximus) cõuenit. Vbi verò multa pituita in ore vẽtriculi fuerit aceruata, fouere quidẽ plurimum oleo in quo abſinthium ebullierit: poſtea verò mellicratum exhibere, in quo vel hyſſopũ, aut aliquid ſimile infuſum ſit, itẽ oxymel, & piper, & diatrion pipereon & dioſpoliticõ medicamẽ:

† τοῖς πρoθέτοις.

victus ratio in summa incidēdi vim habeat. Quæ verò ex nimia frigiditate veniũt exolutiones, eodē modo curādæ sunt quo bulimi, omni modo calefaciēdo. Vinum igitur eis exhibere oportet calida tēperatũ, ac cibos qui calefaciendi naturā habent, fricareq; ac calefacere ad ignē simul. Qui verò ex nimio calore accidũt animi defectus, his quæ refrigerādi ac corroborandi vim habēt, hi verò maximè eueniunt iis qui in aëre suffocante ac balneo cōmorantur. Statim igitur ipsos corroborabis si aqua frigida sparseris, & flabellaueris ad vētũ cõuersos, & os vētriculi perfricaueris, atq; agitaueris, ac postmodũ vino ciboq; refeceris. At qui ob inflāmationis magnitudinem aut vehemētis febris malignitatē, animi defectũ patiuntur, & in principiis accessionũ refrigerātur, his artus fricare fortiter, & calefacere, cruraq; ac manus alligare, a vigilias ciboq; & potus omnimodam abstinentiā præcipere oportet. Optimum verò in his quid futurum sit præcognoscere, atq; hæc antè accessionem facere anticipare. Eos etiā qui ex siccitate in principiis accessionum defectũ animi sunt incursuri, optimum est præuidere. nā si duabus aut tribus horis antè accessionē exhibito cibo manus ac pedes constringi iusseris, nō interibunt. Oportet autem

tem cibos esse cõcoqui faciles & vẽtriculo aptos. Quòd si magnũ imminere periculũ fueris suspicatus, vinũ dare anticipabis, vinumq; præsertim in alicam elixatam infusum, quòd si †aliquid panis alicæ vice exhibueris, idẽ valebit. At si mediocris animi defectus expectatur, vino parcẽdũ, sed sufficit tũc mala punica, aut pira, aut mala aut aliquod aliud pomũ quod vim habeat astringendi. cibis admiscere, & si ad hæc mediocriter tulerint accessionẽ, quũ rursus cibũ obtuleris, nõ erit necessariũ ponis vti, hæc quidẽ facienda sunt si quid futurũ præuideris. At qui ex inopinato in periculũ inciderint, vinũ calidum & panis est exhibendus, & parum aliquid cũ eo alicæ calidæ. Nam si his qui ita affecti sunt amplius obtuleris, aut cibos difficiles concoqui, nõ modò defectum animæ patientur, verũ etiam strangulabuntur. At qui animo deficiunt ex mẽbri †opportuni obstructione, his oxymel dare oportet, atq; ex hyssopo, origano, pulegio, & melle potum, cibosq; incidẽdi naturam habentes. Nam crassi ac tenaces, magnas in talibus afferũt noxas. Sed neq; deterius fuerit artus perfricare atq; alligare. Prodest etiam hisce potibus vti, qui vrinam ciendi vim habent, veluti qui anetũ, & feniculũ, & apium & petroselinũ, & ammi;

† *In ant.* ἄρτον τῷ χόνδρου. *id est panem ex alica.*

† ἐθικαίρου *id est præcipui.*

& daucum, & spicam nardi recipiunt. Quæ vbi manifestè iuuerint, iam vino vtendum est albo & tenui, non admodũ antiquo. Noſces verò huiuſcemodi obſtructiones, cum ex aliis inæqualitatibus pulſuum, tũ ex his præcipuè quæ ſecundum magnitudinẽ, paruitatem, ac vehementiã, & debilitatẽ fiunt, vbi humorum plenitudo non adiungatur. nam & iſtius quoq; cõmunes ſunt. fiunt verò & in huiuſcemodi diſpoſitionibus quum vehementes fuerint, pulſus intercidentes. hæc quidem in libris de pulſibus à nobis latius explicantur. Nunc verò tranſgrediamur ad eum ſermonem qui ſupereſt de reliquis exolutionibus: veluti quæ ex abſceſſuum diſruptione aut ſectione contingũt, aut ex ſuperflua euacuatiõe in his qui aquã intercutem patiuntur. confeſtim quidem hi optimis odoribus fouendi ſunt. paulò pòſt autẽ ſorbitionibus concoqui facilibus ſunt reficiendi. Si verò ob triſtitiã aut gaudiũ, aut timorem, aut iram, aut terrorem exoluantur: odoribus, & nariũ apprehẽſionibus ſunt reuocandi, cogendiq; ad vomitũ. Eodem pariter modo, qui ex vulneribus, aut purgationibus, aut doloribus qui in articulis, neruis, & muſculorum chordis eueniũt, exoluuntur, ſtatim ſunt ab eo affe ctu reuocandi. poſtmodũ verò, conueniens paſsioni

ni cura est afferenda. Animi verò defectus qui intestini laxioris doloribus, aut ilei, aut similibus vehementibus cruciatibus fiunt, ex patientiũ locorũ cõcalefactionibus maximè, fricationibusq; extremorũ præcipuè curantur. At quæ ex propria imbecillitate virium quæ regunt corpus, eueniunt exolutiones, ex intẽperatura videlicet factæ partiũ de quibus vires proficiscuntur, cõtrariis curare intẽperaturis oportet, frigidas quidem concalefacientes, calidas verò refrigerantes: atque in aliis eadem ratione. Virtus igitur quã vitalem vocant, quam ex corde prodire ostẽdimus, ex pulsuum debilitate cognoscitur. At quę ex hepate oritur, ac naturalis dicitur, ex sanguineis egestionibus ab initio aquosis atq; tenuibus, postmodũ verò crassis ad modum fecis. At quæ ex cerebro originem ducit, quam præcipuè nõnulli animalem appellant, ex motuum voluntariorum imbecillitate deprehenditur. Sed de his quidem dispositionibus in alio tractatu separatim tibi scribemus. Multa enim in ipsis à medicis sunt prætermissa.

De cura capitis à variis caussis molestati. Cap. XV.

QVoniã verò sermonẽ de accidẽtibus hucusq; perfecimus, rursus ad primũ institutum redeamus, vnã in omnibus cõ-

munem intentionem habẽtes, causas à quibus fiunt eorum singula considerare. hæ siquidem tibi conuenientem curationẽ ostendent. Veluti si quis doleat caput, † si quidẽ [stomachus] & nauseam, & erosionem sentiat, iubendum est vt euomat. nam vel bilẽ euomet, vel pituitam, vel vtrumq;. Quod si nulla insignis appareat in ventriculo passio, cõsiderandum nunquid multitudo vel obstructio aut inflammatio aliquarum capitis partium adsit. Inuenies verò, primùm quidẽ si interrogaueris nunquid dolor per totum caput extendatur aut alicui particulæ fortius insideat, deinde nunquid cũ grauitate vel tẽsione, & mordicatione, vel pulsu. nam qui cũ grauitate dolores fiunt, multitudinem ostẽdunt. qui autem cum mordicatione, vel vaporis, vel humoris acritudinem: cum pulsu verò, inflammationẽ, at cũ tensione, si quidem sine grauitate ac pulsu, spiritus crudi ac flatuosi multitudinem. Si verò cum pulsu, corporis membranosi inflammationem. at si grauitas adsit, multitudo intra membranas contenta significatur. Quum igitur omnia distinxeris, causam ex qua horum singula fiunt, considerare oportebit. illa enim tibi modum curationis ostẽdet. Veluti si multitudo vaporis atque humoris contineatur, aduertere oportet nunquid

† εἰ μὲν ἀσώδης εἴη καὶ καρδιώττοι
i. si quidẽ cibos fastidiat, & ex fame morsum sentiat.

quid ob magnitudinẽ febriũ humores dif-
fuſi,ac veluti efferueſcentes ad caput aſcẽ
derint,aut propter eius partis imbecillita-
tem,aut ob totius corporis plenitudinem:
Hanc enim totius corporis euacuationibus
haud difficulter curaueris. Eũ verò qui ex
partis imbecillitate cõtingit partim quidẽ
in contrarium trahendo per totum corpus,
partim ipſi parti remedia adhibendo. In cõ
trarium verò trahes clyſteribus acribus, &
nexibus,& frictionibus in partibus inferio
ribus plurimis:& ſi expedierit, aliquid etiã
ſanguinis abducendo. Partem autẽ ſanabis
eo tẽpore quo ad vniuerſum corpus retra-
his,his vtẽs aſperginibus quæ à capite vim
repellendi habent:ac deinde euacuantibus,
poſtremo verò corroborantibus. Repellit
autẽ oleũ quòd immaturũ nominatur aut
tale aliquid ſimile, & quòd oxyrhodinum
& roſaceum vocatur,ipſum per ſe ipſum, &
quæcũq; ex capitibus papaueris, & teneris
oliuæ germinibus, & hederæ corymbis,mẽ
thaque viridi,& ſiſymbrio fiunt. Vtendum
verò ipſis, in multitudine quidẽ crudiore
ac frigidiore,tepidis:in calidiore autem &
bilioſiore,frigidis. Euacuat autem,atq; diſ
ſoluit & oleum calidum ipſum per ſeipſum,
magiſque ſi antiquum fuerit & ſicyonium,
aut anethum in ipſo ebullierit. Nã multi-

tudo humorum qui non admodū sunt crassi atque tenaces sufficienter huiuscemodi euacuatur. Sed & si spondylion, vel serpillum intus decoxeris, aut pulegij comā, vel calaminthæ, vel menthæ, vel sisymbrij, ita etiā id quod crassius est, euacuabis. hæc verò ipsa, virium etiā aliquid mēbris adiiciūt & quæ debilia sunt roborant. Vtendum verò ipsis deinceps vsque ad integrā sanitatis restitutionē: & si oportuerit, per nares etiā & palatum expurgandum. Sternutamenta etiam sunt excitanda. Etsi ad balneas hominem induxeris, siccis sindonibus caput est perfricandū, salque, & nitrum, & sinapi sine oleo imponendū. Hæc quidem sunt ex particulæ debilitate, doloris capitis medicinę. At quando ex magnitudine febrium accidit & medicamenta adhibere est necessarium, frigidæ qualitates ac vires, & quæ ex hydreleo, & oxyrhodino, & papauerum capitibus constant infusiones, expediunt. In dolore autem capitis qui sanguinis fluxum aut vomitum decretorium significat, non remedia querenda, neque enim accidens quoddam, sed bonū signū potius tale quicquam est existimādum. sicuti & multa alia quæ ante crises contingunt, quæ plurimis quidem terrorem incutiunt, bonum tamen quoddam ostendunt. Optimum verò posse

 digno

dignoſcere vbi corpus perturbatur à natura, cùm ad alias excretiones, tum præſertim ad vomitum, & ſanguis fluxum molliente: quorum inſeparabile indiciũ eſt capitis dolor. Diximus autẽ plenius de hiſce omnibus alibi. Nunc verò quantum poterimus, primum ſeruãtes inſtitutũ, breuiter de ipſis tranſigemus. Conſiderãda igitur, primum quidem ſpecies febriũ an calidæ ſint an vrẽtes. Nã hæ per excretiones iudicari conſueuerunt. quẽadmodum quæ molliores ſunt ac* ſummerſæ quodammodo diu durãt, & ſæpius feruntur in abſceſſus. Secũdo loco, an morbus ſit ad ſalutẽ decliuis. quis enim bonã criſim in morbo pernicioſo expectauerit? Tertio ad hæc, totius morbi tempus cõſiderandũ† vel enim in principio eſt, vel in augumẽto, quod ſi nõdũ aſſuerit ſtatus, neq; coctionis ſigna in vrinis, vel ſputis, vel *abſceſsibus apparuerunt, non cõtingit bonam fieri criſim. hæc ſunt ex quibus ſperauerit quiſpiam, morbum per excretiones criſim habiturum. Eius verò quod iam inſtat non amplius futurũ eſt, hæc ſigna ſunt. Difficilis quædam tolerantia omnem criſim antecedit. Et ſi quidem in die, criſis eſſe debet noctu: ſi autem noctu, in die. Si tale aliquid videas, conſiderandum eſt quotus ſit ægritudinis dies. Quidam enim

ſunt

* *In græ. impreſ. legitur* σμυχόμενοι. *in antiq.* τυφόμενοι *vtraque vox ſignificat incẽdẽtes.*

† *Ita legitur ĩ græ. ſi enim principij, vel augumenti adeſt ſignũ, nõdũ autẽ ſtatus.*

* *Malè legitur in græc. impreſ.* ἀποσημάτων, *pro* ἀποστημάτων. *i. excrementis.*

ſunt qui ad criſim apti ſunt, paruo etiã motu à natura accepto. Multi verò in magnis motibus nequeunt omnino magnitudinem perturbationis inſpicere nunquid ſit ſecundũ diei naturam. Nã ſeptimus dies, etiã ex paruo naturę apparatu, ad criſim ꝑ euacuationẽ mouetur. Sexto verò magno apparatu indiget, & ſæpe neq; vlla in eo fit criſis, quod ſi fiat, neque ſine periculo, neque fideliter accidit. Sic autem & vnicuiq; dierum aliorum quædam ineſt propria natura, quam, vbi de diebus decretoriis agitur, diffiniuimus. Age, iam ſit dies pro magnitudine perturbationis deinde oportet conſiderare qualis erit criſis. De aliis igitur nihil impræſentiarum dicere oportet. at ſi vomitus aut ſanguinis fluxus ex naribus futurus eſt, nam huiuſcemodi criſibus vnũ diximus eſſe ſignum dolorem capitis, ex his maximè diſtinguere oportet. Primum quidem ſi ſtatim ab initio non inuaſit ſicut quoddã ægritudinis accidens, ſed ante criſis perturbationem. deinde etiam ſi collum aliquid compatiatur, & præcordia retracta ſint, aut anhelitus difficilis repẽtè ſuperuenerit thorace veluti intercluſo. Si enim præter hæc pulſus in tumorem ſubitò elati non reciderint in paruitatem, neque debiles fuerint, ſtatim criſis expectãda eſt. ſi verò nõ mo-

do

dò non deciderint, ſed etiã in altum attollantur, & vehementiã aſſumpſerint, faciem iam ægrotantis inſpicere oportet. Nam ſi quod in eo membrũ agitatur, aut venæ quę ſunt in tẽporibus pulſant aut malũ, vel naſus, vel oculus rubidior factus fuerit, magis etiã criſis expectãda eſt. Si verò & inuiti lachrimati ſint, aut ſplendores videre imaginati fuerint, ac manus naribus admouerint ſcalpẽtes, tũc nõ iam fluxurũ, ſed iam fluentem ſanguinẽ inſpicies. nã vbi ſemel aut bis ſcalpſerint, ſtatim erũpit. Neq; verò ex his perterrearis ſi hominem deſipientem aut reſilientem inſpexeris. Nam & hæc humorum repentium ad partes ſuperiores indicia ſunt: quemadmodum & anhelitus difficilis, & præcordia retracta, & collum ſimul cum capite aggrauatum. At tibi vna cum his indicio etiam ſit deſipiẽtia. Et hæc quidem ſufficere ſigna poſſunt. Sed accedit quandoque & ægrotantis ætas, & natura, quæ ſpem magis cõfirmat. ac præterea anni tempus aẽriſque conſtitutio. Nam ſi ægrotus fuerit adoleſcens, aut alioquin natura calidus, aut multo ſanguine abundauerit, magis adhuc de hoc ſperandum erit. & ſi etiã ſæpius antea dum ſanus eſſet aut ægrotaret, ſanguis ex naribus fluere viſus eſt, hoc vel ſolum ſufficit fluxus ſanguinis ſpẽ

affe

afferre. Si verò & tempus anni æstas est, vel non est, sed tamen calidus præsens status, nonne ex his aliquam indicationẽ assumemus? Quod si & plures eo tempore crisim ex sanguinis fluxu habuerint, & hoc tibi spem vehementius augebit: & si corpus plenum extiterit, & consuetæ excretiones fuerint retẽtæ. Mihi quidem neq; omnino videtur difficile eũ qui tot & talia habuerit indicia, futuri sanguinis fluxus præcognoscere. At absurdum & magnæ imperitię est non præcognoscere. Nostri verò temporis medicorũ negligẽtia ea admiratur, quę admiratione digna non sunt. Nã siue ex dextra nare, siue ex sinistra fluxurus sit sanguis nihil difficile ex nuper dictis agnoscere. plures verò medicorum hoc non solum difficile, sed neq; omnino posSibile existimãt. & quidem has & alias excretiones omnes prænoscere licet. si hæc duo tantum considerauerimus, & vnde naturæ† motus agatur, & in quam partem. Nã & quæ deficiũt adiuuabimus, & quæ immoderatè ferũtur coërcebimus, si ista nouerimus. veluti confestim sanguinis fluxus ex splene magnæ cucurbitæ sinistris præcordiis suppositæ facilè retrahunt. At qui ex hepate prodeunt, dextris: & qui ab aliis membris, eadem ratione. Nã ex vno de omnibus colligere poter

†In Græ. ὁρμῆ.

teris in vniuersum contemplando. Quare & ego hoc in loco præsentem finiam sermonem. deinceps autem de febribus quæ ex inflammationibus accidunt tibi transigam, deq; aliis passionibus quæ in singulis partibus corporis constituuntur. Inflammationes quidem à veteribus dicebantur veluti quædam excandescentiæ: à iunioribus autem non æquè. Neq; enim herpetas, neq; erysipelata, neque tale aliquid quicquam inflammationibus annumerant. Sed vni tantum affectui ex calidis qui fit cum tumore duro atque dolore †phlegmonoso, hoc nomen accommodant. non tamen ad hunc solum febres sequi videmus, sed ad omnes simpliciter calidas ac veluti efferuescentes passiones. De his igitur, atque aliis similibus morbis, sequenti libro verba faciemus.

*

†Mendosè legitur in græ. cod. impressis φλεγμανώδους pro σφυγματώδους. i. pulsatili, vt legitur in manuscriptis.



GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBER II.

NICOLAO LEONI-*ceno interprete.*

CAP. I.



DE his autem quæ in singulis corporis partibus fiunt pasiones Glauco deinceps dicemus, ab inflammatione incipientes. Etenim sæpius hæc fit, plurimasq; habet differentias, ex quibus omnibus solent febres contingere. Communis igitur in omnibus, immoderata caliditas & velut quædam †efferuescentia. vnde & *inflãmationis nomen de ipsis efferre antiqui consueuerunt. Propriam autem quandam in singulis differentiam inuenies, ex qua eius speciem agnosces, & conueniẽtem asequeris medelam. Aliter enim qui herpetes, aliter quæ erysipelata, atque aliter quæ phygethla vocantur, ac reliquas inflammationis

† φλόγωσις.
* φλεγμονῆς.

nis ſpecies curabis. Itaq; hoc etiam in loco antecedit ea facultas qua poſſumus rectè cognoſcere paſsiones. Tibiq; hoc primùm conabor ſcribere, omnes ab initio diſtinguens inflãmationũ differentias Prima igitur inflãmatiõis differẽtia eſt ſecundũ quã, hanc quidẽ humidam, hanc verò ſiccã eſſe contingit. Humidã quidẽ quæ ex calida fluxione mẽbrũ occupante contingit. Siccam verò, quãdo nullo humore influente calor naturalis efferueſcit. Hoc autẽ vſq; ad aliquid quidẽ veluti febris eſt membri: quum verò iam ad immoderatã caliditatẽ ac ſiccitatem peruenerit, corruptio atque extinctio omnimoda fit. Quare neq; in plura ſecari poteſt, quẽadmodum differentia altera ſecundum quã quoſdã influere humores particulæ dicebamus multæ enim ſunt hui9 ſpecies. Nam fluente ſanguine altera, flaua bile altera ambobusque ſimul humoribus, alia tertia. Et quidem in earũ ſingulis vel iam putruit id quod influxit, aut in mẽbro conſtrictũ putreſcit: & vel craſſum eſt, vel tenue vel optimũ ſeu acre. Sanguine igitur optimo ac mediocrẽ craſsitudinẽ obtinẽte, ad particulã aliquã affatim fluente, atq; ob multitudinẽ conculcato vehemens dolor arripit hominem, niſi membrũ ſenſum omnino hebetẽ habuerit: pulſusque in pro-

fundo molestus accidit, tendiq́; omnino ac frangi membrum apparet, & vehementem calorem persentit, adeo vt comburi videatur, & refrigerari desiderat. Talisq́; rubor per summa viget, qualis ex balneis aduenit, aut ex igne, aut quouis alio modo calefactis. Hæc quidẽ passio totius generis nomen accipit, atque inflammatio nominatur: sicut multæ aliæ species nomen generis accipiunt. Fitq́; semper ex omni ferè occasione. Nam & vulneribus, & distentionibus, & disruptionibus, & contusionibus, & scissionibus, & exercitandi laboribus, & exarticulationibus, atque fracturis, & spõtaneis vlceribus aduenit. Et præter hæc omnia, quando ad immoderatam humorum repletionem venæ pertingunt, tunc quod superfluum est, effundũt ad aliquam partẽ quæcunq; eo tẽpore recipere aptior sit. Omnino autẽ, hæc reliquis omnibus est imbecillior, vel rarior, †aut ad trahẽdum paratior, vel * ignobilior, ex quacunque causa fuerit ad has perducta dispositiones. Neque enim de hoc dicere proposuimus. Flaua verò bilis quãdo sui seruãs naturã vnà cũ sanguine per totum corpus defertur, morbum facit qui* regius appellatur. Sola verò quando †excernitur, & in aliquo mẽbro cõsistit, herpes vocatur. Si quidẽ crassa sit secundũ substan

† In ant. additur ἢ δυσκινητότερον i. vel magis ad motum prõpta.

* ἀκινητότερον. i. ad motũ ignauior.

* ἴκτερος

† ἀποκρίσεως q. d. vertẽdũ nõ erat excernitur, sed potius secernitur. i. in aliquẽ locũ intra corpus simul cogitur.

ſubſtantiam,totam exulcerat cutem vſque ad carnem ſuppoſitam. Atque hunc affectũ Hippoc. nominat herpetem exedentem. Si verò tenuior fuerit, id quod in ſuperficie eſt tantum veluti deurit,atque hæc ſpecies generis ſortiť appellationẽ: quũ ſimplici- ter & ſine additione herpes voceť. Nam ex duabus ſpeciebus quæ quidem nuper dictæ ſunt,altera herpes exedens nominatur, al- tera verò miliaris: quoniam in hoc affectu puſtulæ paruæ ac multæ per ſummã cutem ſimiles milio excitantur. Fit autem herpes huiuſcemodi etiam ex bile quidem,ſed mi- nus calida & acri quã ſit prior. Quod ſi ex ſanguine & flaua bile calidiorib⁹ quã opor teat mixta fluxio fuerit, aut ex ſanguine quidẽ,ſed feruido ac ſubſtantia tenuiſsimo eryſipelas hic affectus vocatur, multo inflã matione calidior,magisq́; colorẽ flauũ re- præſentans. Et ſi tetigeris, facilè ſanguis ſubterfugit:rurſusq́; illabitur,exquiſitè te- nuis & aſpectu rubidus: nõ tamẽ dolet hic veluti inflãmatio,neq; vt aliqua inflãmatio nis ſpecies pulſum aut compreſsionem aut ſimilem inuehit tenſionem. Sed quandoq; valdè parum infeſtat, ac tum præſertim quando per ſolam cutem diffuſum fuerit, nihil inferiorem carnẽ moleſtans. Et qui- dem tale ſæpius accidit, atque hoc eſt ex-

quiſitum eryſipelas, quemadmodum quod attingit inferiorem carnē, id neque ex verè tenui†bile conſiſtit, neque tantum eſt eryſipelas, ſed iam diſpoſitio permixta ex eryſipelate atq; inflammatione. Exuperant autem in ipſa quandoque propria eryſipelatis accidentia, atque hic affectus à iunioribus medicis eryſipelas inflammationis participans nominatur. Nonnũquam verò inflammationis accidentia præualent, & tunc ipſum nominant inflammationem eryſipelatis participantem. Quod ſi neutrius accidentia manifeſtè obtinuerint, ſed æqualia apparuerint: tunc eryſipelas atque inflammatio miſceri dicuntur. Exquiſitum igitur eryſipelas [tanquã] cutis ſolius paſſio eſt. non tamen ipſa inflammatio eſt partium tantum cuti ſubiectarum, ſed harum quidem præcipuè, nonnũquam verò etiam cutis. & ipſa quidem dolorem non minorem affert quã altera, pulſus tamen ei deeſt. Quum verò ſanguis influens calidus ſufficienter extiterit & craſſus, quodcũq; membrorum ſubitò occupauerit, hoc comburẽdo facit vlcus cum cruſta, quicquid verò circumiacet in inflammationem eleuat efferueſcentem, & grauiter dolentem vocatur autẽ carbo huiuſcemodi paſsio. Quum verò ſanguis influens niger extiterit, craſſuſq;

ῥεύματος i. fluxiõ.

[non eſt in græ.

ſusque, ac feculentus ac feruens, qualis quẽ antea diximus, ſimul autẽ & † ſaniẽ quãdã tenuẽ admixtã habuerit, puſtulas per ſumma cutis excitat, ſimiles iis quæ ex igne fiunt: quibus diſruptis cruſtoſum ſub ipſis vlcus inuenitur. Etiã hoc carbo eſt. Inflãmatio quidẽ in tot ſpecies ſecundũ ipſam paſsionis naturam diuiditur. Multas verò quiſpiã prætermiſſas putaret deceptus multitudine nominũ, veluti bubones, phymata, phygethla, ophtalmias, peripneumõias, pleuritidas, & multa alia ſimilibus appellationibus dicta: hæc enim omnia inflammationes quædam ſunt in prioribus comprehenſæ ſpeciebus. Singula verò diuerſa ſunt ſortita nomina: quoniam qui primi ea impoſuerunt, vno nomine, & paſsionis ipſius, & continentis ipſam particulæ compoſitum intellectum interpretari voluerunt. Sunt enim bubon, phyma, atque phygethlon, partium laxarum (quas adenas vocant) paſsiones: bubon quidem, inflãmatio: phyma autem quod ſtatim augetur atque ad ſuppurationẽ feſtinat. Phygethlõ autẽ eryſipelas particeps inflãmatiõis, aut inflammatio eryſipelatis particeps, nominatur. Sic autẽ & ophthalmia, eius membranæ quæ corneæ inhæret, eſt inflammatio. Pleuritis autẽ, eius quæ lateribus ſub-

† ἰχῶρας

τοφρυγ-γος. iacet. Synanchæ autẽ, † gutturis. Peripneumonia verò pulmonis: eademq; in singulis aliis ratiõe. Eas igitur quæ sunt in partib⁹ apparentibus inflãmationes, promptum est cognoscere. Quæ in occultis, & febres omnino afferunt, non æquè discernuntur. At mihi videtur mente egere perspicaci eiusmodi agnitio, ac prætereà peritia naturæ membrorũ, quam ex sectione simul & exquisita scientia operationumq; atq; vsuum cõparamus. De his quidẽ in aliis tractatib⁹ diximus: nũc verò non datur de his sermonem adiungere, quando tibi repentè peregrinandi necessitas ingruat. Quo pacto verò quispiã eas maximè curat inflãmationes quæ in apertis partibus cõstãt, hoc tibi primũ transigo, principiũ sumẽs ab ea passione quæ plurimũ fit, atque idcirco totius generis affert appellationem: in qua hoc imprimis considerandum existimo, quod & in aliis omnibus magnam vim habet vt morbi causam inueniamus.

De causis inflammationum.

CAP. II.

Est igitur vna quædam apparentiũ inflammationum causa, quæ non admodum occulta est, quæ fluxio appellatur, nisi quãdoque illis cõiungatur, quæ aliqua alia ex causa euidente factæ videntur. Quãdo enim

enim nulla ex his præcedente, mēbrū confestim patitur inflāmationem, ea quæ hanc paſsionē cauſa generat, fluxio vocatur, ipſa verò paſsio, diſpoſitio fluxiōis. Oportetq; in his inflammationibus principia curationum optima fieri: nam quæ in ipſis errata contingunt, difficulter ſanabiles aut omnino inſanabiles faciunt diſpoſitiones. Sunt autem hæc duo maximè errata, ſi nulla de toto corpore prouidentia habeatur, et ſi calefiat atq; humectetur etiam membrū. Hæc verò duo medicorū pleriq; delinquunt. Nonnulli quidē ex methodicis perſuaſi, & inflammationes omnes eſſe paſsiones aſtrictas exiſtimantes, eas laxandas eſſe duxerunt. Sunt verò quidā qui ſine ratione atque vlla conſideratione iſtos ſequuntur, vnam excuſationem ad malè agēdum habentes: nimirum cum multis delinquere. Sed neque ex dogmaticis medicis quiſpiam neque ex empiricis ita ſenſit. Sed quod & ratio & experientia ſuadet, totum quidem corpus euacuare quibuſcunq; euacuationibus conſulunt, ipſam verò inflammatam partem perfundere ac ſuperlinire eis quæ id quod influit repellendi vim habent, id verò quod in membro patiente continetur euacuare: vim autem ac robur adiungere his quæ iam affectæ ſunt

partibus. Ad quæ verò inſpicientes oporteat euacuare, iam & antea diximus: ſed & nunc breuiter commemorabimus, vt in ſequentibus memoria ſeruata non ſit neceſſarium in ſingulis paſsionibus, eas quæ euacuationes indicant audire intẽtiones. Aetatem igitur, & tempus anni, & renem, & præſentẽ ſtatum, & eius qui afficitur robur, habitumq́; & cõſuetudinẽ, atque ipſam ægritudinis naturã, diximus cõſiderandam. Ex his enim quod vacuandum aut non vacuandum ſit, & vnde, & quomodo inuenitur: veluti in ea de qua nunc agitur diſpoſitione, ad genu fluxus deferatur, atq; hoc ſubitò plurimum attollatur, tibi verò totum corpus plenum ſanguine appareat & valida laborãtis vis, tempus autem anni ſit ver, regio temperata: æger verò ſit adoleſcens aut iuuenis, is ſanguinis euacuatione ex ſuperioribus partib⁹ indiget: oportetq́; incidere eius in cubito venam, aut ſcilicet interiorem aut mediam. Si verò aliqua pars ſuperior pateretur, per inferiora ſanguis eſt educendus. Semper enim fluxionis motum ad contrariũ trahere expedit: atq; emplaſtrũ apponere ex ſemperuiuo, & corticibus malorum punicorum in vino decoctis, & Rhu, & farina hordei compoſitum: hoc enim & in huiuſmodi optimũ eſt atque

ad

ad omnia quę facere intẽdimus efficax. Repellit enim id quod influit: atque id quod continetur exiccat, & circũiacentia mẽbra corroborat. Milleq; alia medicamina eodẽ modo cõponere licet, quorũ cõpositionis viam ac modum in libris de medicaminibus didicisti. Vnde ego quoque in singulis vnũ aliqđ tibi subiiciã, futurũ tibi & monumẽtũ, & eius quæ est in aliis facultatis exẽplũ. Si quidẽ non admodũ doleãt, istis vtẽdum est. Cum magno autem dolore fluxu incidente, non sic oportet neque aquã calidam, neq; oleũ, neq; farinæ triticeæ cataplasmata offerre, hæc enim omnia fluxiõibus aduersantur, quamuis ab initio aliquid iuuare videãtur. Sufficit aũt in huiuscemodi affectibus vehementiã doloris mitigare cum aliquo ex his quod ex vino dulci, & oleo rosaceo, & pauca cera quæ in vtroque sit liquefacta conficitur. Oportet autẽ hæc lanis excipere pinguibus, quæ plurimum †œsypi habeant: & æstate quidem frigida, hyeme autem tepida apponere. Sic etiam cataplasmata ex arnoglosso, lente, pane, & rosaceo oleo adhibere: paulò antè suprà patientes particulas apponere spongiã vino austero intinctã, aut aqua frigida. Melius verò fuerit si parum aliquid aceti adiũgatur. Quod si hæc cura quidem insigniter

†Male legitur in Græ. impres. ὕσσωπον pro οἴσυπον. vide quæ annotauimus in libro 14. Meth. c. 7.

profuerit, neque alicubi pus ſe oſtenderit *emplaſtris mollibus ad fluxionẽ vtẽdum. Optima verò ex his ſunt quæ exiccandi & repellendi quod fluit ſine dolore vim habent quemadmodum ea quæ vehementer intendunt, atque idcirco dolorem afferũt, plus doloribus obſunt, quam exiccando proficiunt. Tale igitur oportet eſſe medicamen quale nobis in vſu eſt quod ex chalcite cõſtat, remiſſum oleo roſaceo. Si verò lanam mundam vino acerbo madefeceris & appoſueris, pl⁹ iuueris. Quod ſi pus ſe in particula õſtenderit, cataplaſma offerre oportet ſemel aut bis. Plus verò ad præſens iuuat farina hordeacea. Adiungẽdum tamen & his aliquid vel aceti vel vini. Et *poſtquam ſecueris & pus euacuaueris, cauendum eſt deinceps ne oleum aut aquam imponas: at ſi quando vulnus abluere oporteat, mellicrato vel oxycrato & vino & mulſo vtendum. Superponendum verò, ſi adhuc inflammetur, ex lente cataplaſma. Si verò ſine inflammatione fuerit, † aliquod ex his medicamentis quæ emplaſtri ritu applicantur, quibus in huiuſcemodi ſectionibus vti conſueuimus, & præcipuè id quod ex chalcite conſtat: apponenda

*In anti. legitur. φαρμάκοις μαλθακοῖς. i. medicamẽtis mollibus non μαλτακοῖς ἐμπλάστροις.
* διελόντα.
† In Græ. eſt τῶν τ᾽ ἄλλων φαρμάκων τι τῶν ἐμπλαστῶν. i. aliqđ ex his medicamẽtis quæ ẽplaſtica appellantur: de quibus vide apud Gal. libro 4. de ſimp. med. faculta. c. 4. & 5. et lib. 5. c. 10.

†λιπαινόντων habetur in græ. quod & pinguibus, & oleosis, verti poterat.

da verò super hæc extrinſecus, ſpongia, aut lana vino acerbo perſuſa. Quòd ſi acerbum non affuerit, tanto aceto aqua temperanda eſt, vt adhuc potari poſsit, atq; hac intingere oportet. Sunt verò & ad hoc opportuna, ea vina quæ aliquid aquæ marinæ recipiunt. Et tu quoque, vbi ſit opportunum, potes conficere permiſcendo ſalem ei vino quod penes te habes. Vulneri autem, nullum ex medicamentis † quæ humectant apponendum, quale eſt macedonicum, & quod tetrapharmacum nominatur. Nam exquiſitè exiccare expedit. Ita quidem ſanare oportet ex fluxione inflammationes. Quæ verò alia ex cauſa fiunt, humectare ac calefacere nihil prohibet. Et ſi ad ſuppurationem perducere volueris, cataplaſma ex farina triticea, quæ in oleo atque aqua ebullierit apponendum. Et ſi quãdo * incidere oportuerit, neque hoc verendum eſt. Si verò eas quæ ex fluxionibus fiunt inflammationes * ſecueris, magnũ afferes malum, ac per initia præſertim. Nam quæcunque ex ipſis longioris temporis exiſtẽtes, poſt totius corporis euacuationem, atque aliam opportunam curationem, quaſdam durities atque nigricies

*In græ. eſt ἀποσχάζειν, id eſt in ſumma cute ſcarificare, nec eſt quod vbi hos tumores ad ſuppurationem tẽtamus ducere, eos incidamus vide Gal. in li. 13. Meth. cap. 3. & hic infra in cap. 7.

* ἀποσχάσαις, id eſt ſcarificaueris.

in

in mẽbris habent derelictas, his ſanguinem auferre nil prohibet, neq; enim amplius hæ in numero inflãmationum habẽdæ ſunt, ſicuti neq; eryſipelatum, ſi quid iã liuidum ſit. Etenim & hoc per initia quidẽ infrigidãdum eſt, tũc præſertim quum ſine manifeſta occaſione factũ fuerit. Quando verò iam illi deerit feruor, & † incidere cõuenit, atq; emplaſtrum ex farina hordeacea, * &ceratũ & aliud aliquod medicamen ex diſcutientibus apponendum, nõ tamen ex vena in talibus ſanguis neceſſariò mittendus eſt: ſed ventrem tantummodo expurgare ſufficit. dandũ autẽ medicamen quod bilẽ flauam educat. Si verò paſsio parua fuerit, neq; hoc facere eſt neceſſarium, ſed ſufficit clyſtere acri vti. Quæ verò ex vlceribus fiunt eryſipelata, & quæcunque adeo manifeſtas cauſas habent, ſi ſtatim volueris cataplaſma apponere ex farina hordeacea, & præſertim ſi † antea ſecueris, nihil nocebis. Inflammationibus verò quæ cum eryſipelate coniunctæ ſunt & eryſipelatis cum inflammatione, mixta quantum fieri poteſt, curatio eſt adhibenda, ſemperq́ue illi quod magis ſuperat, reſiſtendum. Et eorũ quoq; quæ bubones, phymata, & phygethla à Græcis dicuntur, ſimilem his quæ in aliis partibus ſimiles accidunt diſpoſitiones curatio

† *In græ. eſt* χάσαι συμφέρει *id eſt ſcarificare cõducit.*

* *In græ. additur* θερμῷ, *id eſt calida.*

† προαποχάσας *legitur in græ. i. anteа ſcarificaueris.*

rationem oportet adhibere, præterquam in partibus quæ acriora medicaměta in eiſdem affectibus poſſunt tolerare: quemadmodum ſunt glandulæ, quas adenas vocăt. Herpetes autem, quantum ad totius corporis euacuationem attinet, vt eryſipelata curare oportet. Quantum verò ad ipſius particulæ patientis locum, non omnibus ſimilis cura adhibetur, nam qui exedětes ſunt, refrigerari quidem deſiderant, quemadmodum alij herpetes & eryſipelata: non tamẽ ea ferunt medicamenta quæ præter id quod refrigerant etiam humectare natura apta ſunt, ſed ſola admittunt refrigerãtia, quæ etiam maximè poſſunt exiccare. Non igitur lactucam, vel polygonum, neque ex ſtagnis lentem, aut paluſtrẽ lotum, vel anthylion, vel pſylion, vel portulacam, vel ſerim, vel ſemperuiuũ, vel tale aliquid quod refrigerare poſsit atque humectare, apponendum, quæ eryſipelatibus erant opportuna. Neque vnquam ſpongiæ fidas frigida aqua perfuſæ, neq; ſolano: quãuis refrigerandi atque vnà exiccandi vim habet, ſed mediocrem, illi verò maiorem quã ſolano adſit, expetunt ſiccitatem. Superimponere igitur ipſis oportet, ab initio quidem ex vite capreolos, & folia rubi, & rubi canini, & arnogloſsi. Poſt hæc verò

& len

† *In veteri græco codice legitur non* μιγνύειν δεῖ *sed* μιγνύειν ἢν δέοι, *id est erit ad miſcenda ſi oporteat.*

& lentem † adiungere oportet, & aliquando mel, & farinam hordeaceam, & quod antea ſcripſimus ad inflammationes quæ ex fluxione eueniunt cataplaſma, dempto ab eo ſemperuiuo. Ipſa verò loca exulcerata inunge medicamentis, quæ ad herpetas in libris qui pharmaceutici dicuntur, ſcripta ſunt. Multa verò huiuſmodi apud omnes inueniuntur, plurimaq; ex his ad figuram paruorum circulorum formantur, & vbi vti volueris, ex vino dulci liquefacere oportet. Quòd ſi dulce non affuerit, tenui & albo & ſubauſtero, quale eſt phalernũ & maſsilioticum & ſabinum & adrianũ & arſyinum, vtendum eſt. Cauendum tamen ne ob antiquitatem aliquam contraxerit in guſtu acritudinem, Et ſi poſca aquoſa vice horum aliquando vſus fueris, nil deterius feceris. Iam verò in longum tempus protractis vlceribus, neq; dulci circuli parui ſunt diluendi, neq; poſca adhuc aquoſa ſit, & vina quæ ſunt ſufficienter auſtera cõueniunt, præcipuè verò nigra, & ſi ea non affuerint, alba. Medicamina autem in hoc tempore ipſis præcipuè ſunt accõmodata, & quod Polyidæ vocatur, & Paſionis & Muſæ & Andronis, & quæcũq; alia his ſimilia ſunt. Herpetas verò qui ſumma tãtũmodo exulcerant, niſi diu perdurauerint,

nullo

nullo horum inungere oportet. † adurunt enim fortiter & vehemẽter exiccant. Verũ istis sufficiunt quæcunq; vim glaucij habẽt medicamenta, diluere autem maximè quidem aqua. Quòd si nil profecerit, etiã acetum adiungere oportet. Quòd si etiã solani succo intinxeris aut arnoglossi, plus etiã proficies. Summatim verò hæc te cognoscere oportet. quod omne vlcus siue spõte siue ex casu siue ex percussione factũ fuerit, exiccari desiderat medicamento (vt inquit Hippocrates) † non aspero, hoc est nõ mordẽte neq; vehementer irritante, præter quã vbi malignũ & cũ putrilagine fuerit. Talia enim acriora expetunt medicamina, & quæ ignis vires habent. quale est misy, & chalcites, & arsenicũ, & calx, & sandaracha. Etenim nõ aliter quã ignis adurũt medicamẽta huiuscemodi. Sæpius verò vbi ista cesserint, ipsum ignem adhibemus. Eadem ratione, vocatis carbonibus, super ipsam crustam, vbi præcipuè membrum putrefit, huiuscemodi medicamentorum est natura conueniens, non tamẽ loca circumiacentia tangere expedit, † ne te ipsum lateat, ea exulcerans quæ minimè expedit, sed antedictis circulis paruis vtẽdũ est, qua lis est qui andronius nominatur. Si quando verò rubor inualuerit, & plurima inflammatio,

† *In antiq. legitur nõ* καὶ ἄ γὰρ ἰσχυρῶς *sed* ἐστὶ γὰρ ἰσχυρὰ, *id est fortia. .n. sunt.*

† μὴ περισκελεῖ.

† *In græ. est* λύσεις γὰρ αὐτό, *id est si quidẽ dissolues illa.*

matio, medicamentum dulci eſt diluendũ, vel arnogloſsi ſucco. Si verò magnus ſit tumor, vino quidem acerbo in principio, poſtmodum verò & aceto. Cataplaſma etiam ex orobi farina & oxymelle confe-ctum apponendum, atque antè hæc omnia ſtatim ab initio tantum ſanguinis auferen-dum quantũ ſufficit, niſi aliud prohibuerit. Hæ quidem ſunt paſsionum per genera cu-rationes, quæ pro naturæ inſtrumentorum patientium varietate mutantur. Quatuor verò ſunt ab his indicationes, ab eorum tẽ-peratura, à formatione, à ſitu † atque poten-tia. A temperatura, ſi nonnulla quidem ex ipſis natura ſicciora ſunt, nonnulla autem humidiora, quædam frigidiora, quædã ca-lidiora exiſtunt, & ſecundum coniugatio-nem humidiora ac calidiora, † vel ſicciora atq; frigidiora, aut ex toto tẽperata. Opor-tetque in curationibus intentionẽ haberi ad membri naturam. Hæc enim quouſque infrigidandum aut exiccandum ſit docet. Nam ſi carnoſæ partes inflammationẽ pa-tiuntur, paulum exiccandæ ſunt, venoſæ quoque quanuis ſint carnoſis longè ſiccio-res, non tamen & ipſæ multùm exiccari de-ſiderant. Sed quæcunque natura arterioſæ ſunt, magis venoſis ſunt exiccãdæ, atq; his amplius, neruoſæ, & multo magis cartila-

† ἐκ τῆς δυνάμεως: id eſt à partis facultate.

† additur in græ. vel humidiora & frigidiora, vel ſicciora & calidiora.

gino,

ginoſæ & oſſeæ. Nam prius quam ad propriam naturam particula redeat, nondũ curationi impoſitum finem arbitrandum. Sicciorem verò temperaturam inducunt quæ ſiccißima ſunt: & frigidiorẽ, quæ frigidißima, & ſecundum alias qualitates eodem modo. Ad mediocrem verò habitum referũt, quæ ſunt in vnaquaque mediocria. Sic quidem partium temperaturæ paßionum variãt curationes. At formationes hoc modo. Nam quædam intra ſeſe habent cauitates, quædam extrinſecus, quædam vtrobique, quædam neutra parte, velut ex ſimplicibus, arteriæ, ac venæ, & nerui: quæ quidẽ in artubus ſunt, intra ſeſe: quæ verò intra peritonæum, vtrinque. Nerui autem qui in artubus ſunt, neutra parte, qui verò intra peritonæum, ex altera, viſceribus autẽ ferè omnibus, intrinſecus atque extrinſecus ſunt magnæ capacitates, ac præterea caro ipſa in pulmone quidem ſpongioſa, contra verò in†renibus denſißima, & poſt hãc, hepatis caro. Splenis verò caro, quanto denſior eſt ea quæ in pulmone, tanto illa quæ in hepate rarior. In omnibus igitur his quæ neutra ex parte cauitates & receptacula habent, defluxionis ſuperfluitatẽ recipiẽtes fortiter exiccare oportet, & ſi nõ fuerint natura ſicciores, ſicuti nerui, & prę-

†malè legitur in impreſ. φρενῶν pro νεφρῶν.

cipuè † in membris supradictis. Sed quæ intus & extra aliquid inflammatiõis possunt relaxare, non multũ huiuscemodi fortiter exiccãtibus egent, si præsertim laxã carnẽ habuerint, quẽadmodũ pulmo. At ex positu indicatio, neq; ipsa prætermittenda est. Nã per quæ euacuare oporteat, atq; quomodo, ipsa demõstrat. Fluentiũ igitur adhuc humorũ, † retractio (sic enim Hippocrates nominat) eorum aũt qui iam mẽbrũ obsederũt † deriuatio medela est. Vtrunq; autẽ euacuationis genus, per cõmunes venas fieri præcipit, veluti eas quæ in matricibus, in cõtrarium trahes, si eã quæ in cubito est secueris venã, aut mamillis cucurbitas apposueris, vel manus cõcalefeceris & fricueris atq; alligaueris. Deriuabis autẽ si *eas quæ in genibus, aut talis venas diuiseris, & cucurbitulas coxis applicueris, & crura calefeceris ac perfricueris atq; alligaueris, & si quidẽ in parte dextra matricis passio fuerit, à dextra manu aut crure detraxeris sanguinem, si verò in sinistra, à membris quæ illi e directo sunt. Quòd enim ab ipso καθ' ἶξιν dicitur, hoc ipsum est † secundum rectitudinem. Interiores autem venas, incidere oportet. *hæc enim viciniores, magisque è directo sunt, patiẽtibus mẽbris. Nam si splene inflãmationem patiente sanguinẽ

vis

† *In græ. est* τὰ ἐν τοῖς κώλοις, *id est illi q sunt in artub'*
† ἡ ἀντισπασις.
† ἡ παραχέτευσις.
* ταῖς ἐν ἰγνύοις. *in græ. habetur, quod vertẽdum erat, eas quæ in poplitibus.*
† τὸ κατ' ἰσότητα *habet in græ. quod secundum æqualitatem verti posset.*
* τοῦ Ἱπποκράτους *quod est*

vis euacuare, interiores in manu ſiniſtra venas ſecato, et ſi hepate, eadem ratione in dextra. Siquid verò ex ſuperioribus inflã mationem habuerit veluti in his affectibus quos Græci ſynanchas, & ophthalmais vocant, & quicunque alij capiti aduenerint, eas quæ ex ti inſecus ſunt atque à directo. Si autem artus patiantur, † à coniunctis euacuatio faciẽda, ſiue retrahere velis, ſiue deriuare. præterquam vbi paſsio ſit inuetera-ta, tunc enim à membro ipſo patiente detrahimus. Sic igitur in ſynanchicis affecti-bus eas quæ ſub lingua ſunt venas incidimus, vbi iam totum corpus vacuum ſe nobis obtulerit, paſsio verò ſit diuturna: ſic & hepati & ſpleni cucurbitulas applicamus. Sic & aliud quodlibet patiens membrum † incidimus, ſi non amplius humores influant (tunc enim magis irritaueris, ac, malum duplicaueris) ſed quando iam totum corpus expurgatum fuerit, neque iam aliquid influit, aliquid verò quod pridem influxerat, in membro continetur. Et quidem laborantibus conuexis hepatis partibus quod per vrinam trahere oporteat, concauis autem, per excretionem inferiorẽ, ſitus ipſæ viſceris indicat. Atque etiã thoracem & pulmonem per tuſſes expurgare. Ventriculum autẽ & ſtomachum

in impreſ. abundat. legendum autẽ erat in initio lineæ vbi eſt ὑπ' αὐτῶ.

† ἀπὸ τῶν ὁμοζύγων

† ἀποσχάζομεν *eſt in græc. id eſt ſcarificamus.*

per vomitus. Inteſtina autem per inferio-res excretiones, quemadmodum & ſplené & renes per vrinas, matricem autem per menſtrua, cerebrum autē atque eius membranas, per palatum & gargareonē, & nares, & aures. Sed quod & his quæ in ſuperficie ſunt partibus talia medicamēta apponere oporteat qualibus eget paſsio: atque iis quæ in profundo ſunt, & quas per multa interpoſita debent eorum virtutes attingere: non qualia nunc ſint, ſed qualia futura ſint, ex ſitu membrorum agnoſcimus. Quare ſiue medicamētum eſt ex his quæ extrinſecus apponuntur, ſiue ex his quę comeduntur, aut bibuntur, non præſens eius vis conſideranda eſt, ſed ea quæ ad membrum affectum ſit peruentura, hæc igitur quæcunq; in pulmonis inflammationibus, extrinſecus thoraci applicantur medicamenta, multo fortiora atque acriora natura ſunt quã ſi ipſa membro patienti apponerētur, quod enim per multorum corporum media ad membrum patiens peruenit, omnino exolutum eſt: & viribus defecit, ſi ab initio fuerit imbecille. Tantum igitur aduentitij roboris adiungere oportet, quantū in tranſitu amittitur, vt quod relinquitur, æquale remaneat ei quod tactu iuuat. Ob id igitur in thoracis inflammationibus quæ in ſuper-
ficie

ficie consistunt, ea quæ solũ laxare possunt sufficiunt, intrinsecus autem, sicut in membrana succingente, acriora sunt necessaria. Et de splene etiã atq; hepate omnibusque visceribus intrinsecis ratio eadem. Sæpius enim ex, medicamẽtis impositis vlceratur cutis, quanuis durior minusque ad patiendum habilis quam viscera. Et si ipsis visceribus medicamenta applicare possemus, quibus frequenter indigent, tãto molliora esse oporteret, quanto & ipsorum natura facilior affici. Et quidem omnia quæ comedere & bibere iubent medicamenta viscerum passionibus conferentia, hæc multo acriora ac potentiora viribus esse cõuenit, quàm hæc quibus indigent membra morbis affecta, exceptis illis quæ & ventriculo & stomacho auxiliãtur. Hæc enim sola talia exhibentur, qualia à passionibus exiguntur. Reliqua verò omnia, acriora ac fortiora sunt, & præsertim quæ vel renum vel pulmonis occasione dantur. Cõsidera itaque quot numero partes pertrãsire oportet id medicamẽ quod ad pulmonẽ sit peruẽturũ: primũ quidẽ, os, & fauces, & stomachum: deinde & ipsum ventriculum, & quædam ex tenuioribus intestinis, deinde eas quæ sunt in mesenterio venas: deinde eas quæ in simis partibus hepatis, ex quibus ad eas

quæ in conuexis transumptum. hinc ad concauam peruenit venam: post quam ad cor: deinceps hoc modo ad pulmonem. Neque negare possumus quin in singulis partibus his, quibusdam admisceatur humoribus, ac quandam transmutationem atque alterationem pro natura visceris capiat. Quare quod de eius virtute relinquitur, minus omnino est, atque imbecillius quàm vt membrum affectum iuuare possit. Quæ igitur à situ partium indicatio sumitur in tantum curationem euariat: quæ verò à virtute quantum nunc dicturus sum. Quoniam ex partibus corporis nonnullæ ab influentibus virtutibus gubernantur, quædã verò à propriis atque natiuis: atque ex his ipsis, quædam sibiipsis duntaxat, quædam etiam aliis fons & origo sunt virtutum: & aliæ quidem opus habent peculiare, aliæ autem commune: permutare opus est curationis formam pro ratione earum, quas diximus, differentiarum. Nam pleraque ex his remediis quę antea memorauimus, morbum quidem finiunt: sed natiuas membrorum virtutes offendunt. quæ quidem offensio ad totum peruenit corpus. quod dupliciter fit, quatenus & membrum est alicuius virtutis origo omnibus partibus communicatæ, aut ipsius opus toti corpori vtile est.

eſt. Hepar enim, cor, cerebrum & teſtes, cõ muniter vniuerſo corpori principia ſunt virtutum. Ventriculo quidẽ atque matrici propriæ inſunt virtutes nulli alteri parti communes. Opus verò ventris quidem toti corpori confert, matricis autem nequaquam. Nocet autem ſæpius paſsionis curatio membri patientis virtuti. Quæ enim immoderatæ laxant, ſoluunt robur: quare & membri virtutem. Quæ autem ſupra modum refrigerant, natiuum calorem extinguunt, qui fortaſsis (vt nõnulli arbitrantur philoſophi ac medici ſummi) ſubſtãtia virtutum exiſtit. Et ſi non hoc, ſaltem primũ & maximè neceſſarium ipſorum inſtrumentum. Iam verò & qualitates quædã extraneæ, virtutes diſſoluere poſſunt. Nihil igitur horum in curationibus prǽterire oportet, ne noſmetipſos fallamus in eum incidentes ſermonem: Morbus quidem curatus eſt, homo autem obiit, quod à quamplurimis quotidie factitari vides, qui irrationalem experientiam profitentur, atq; hęreſim methodicam, omnia artis bona deſtruentem, aut ſermones aliquos dogmaticos quidem, ſed multis erroribus plenos conſectantur. In indicatione autem quæ habetur ex virtute partium, quiſpiam etiam reponeret & facilitatem & difficultatẽ ad

sentiendum. Nam quæ facilè sentiunt, acria medicamenta non tolerant, sicuti neq; etiã humores. nam quum acris humor in ventriculi ore continetur, sæpius animi defectum patiuntur. Quod si mediocris sit affectus, anxietatem & nauseam habẽt. nonnunquã humorem quo infestantur euomunt, nonnunquam verò frustra agitantur. Hocq; in illis affectibus accidit, in quibus in ore ventriculi vitiatus humor imbibitur. eodẽ pariter modo, quum ad oculos huiusmodi humor defluxerit, maximum affert dolorẽ: & pustulas vlcerosas, & quæ difficulter curã recipiunt, excitat. Sic quoque rursus, oculi ipsi † ob eam quam habent ad patiendum facilitatem, tolerare non possunt acrium medicamentorũ commertium. quemadmodũ neque etiam ventriculi os: neque etiam aliquod extrinsecus aggrauans hæ particulæ tolerant: & magis ventriculo oculus, qui nõnunquã etiam ab his quæ inũgũtur † molestatur. At quæ sensum obtusum habent, hæc cataplasmata grauia sustinent & medicamenta mordacia. Si quis igitur velit ex facilitate sentiẽdi indicationẽ illis quatuor quas antea memorauimus, quintam annumerare, vel in ea comprehendere quæ ex virtute sumitur, nihil quãtum ad rectè medicandum differt. Has igitur omnes indi-

† διὰ τὴν εὐπαθείαν.

† βαρύνεται. i. aggrauatur.

cationes memoria habere oportet in quacunque particula morbo aliquo affecta. nã & ipsius temperatura & formatio, & situs, & virtutes, eas quę in nobis fiunt operationes commutant, communi intentione seruata: quam quidem ex morbo semper assumendam esse docuimus. Qui igitur secundum solam & simplicem intemperiem morbi fiunt, per contrarias qualitates curantur. Calida quidem intemperies, per refrigerantia: siue primo siue ex accidenti refrigerẽt. frigida verò per calefacientia: sic sicca per humectantia, humida autem per exiccãtia. De eo verò quod primo calefacit aut ex accidenti, plenè (vt nosti) diximus in eo tractatu quem de simplicium medicamentorũ potestate composuimus. vbi id quod primò frigidum est, quandoque ex accidenti calefacere ostendimus: quemadmodũ aquę frigidæ infusionem, vbi caloris naturalis fecerit reuocationem, & calidum refrigerare, quum rarefaciendo corpus, caliditatem fecerit euaporare. Quæ igitur secundum solas actiuas qualitates corporis sunt alterationes, ex sola quæ ex calefacientibus, refrigerantibus, humectantibus, atque exiccantibus potestate adhibetur, ad naturalẽ habitum restituuntur, neque sensibili egẽt euacuatione. Quæ verò ob materiæ influ-

xum si quidem bene temperata fuerint, solam euacuationem desiderant. Si verò vitiata, euacuationem, atque vna per contrarias qualitates expetunt alteratione͂. vacuationis quidem veluti qui reumatici dicuntur affectus. de quibus (vt nosti) vnum à nobis volumen est æditum, in quo & hoc statim ab initio ostensum est, quòd ea quæ totum corpus alit facultate laborante, huiusmodi fiunt dispositiones, quum aceruata superfluitas ad partes præcipuè defluat imbecilles. Si enim per reumaticam dispositionem sanguis qui in huiuscemodi partes fluat fuerit vitiosus, mixta oritur dispositio: quod fortè rarissimè euenit. Sanguis enim sine pituita aut flaua vel atra bile fluens, tenuis substantiæ mihi semper apparuit. Ex alia autem quapiam causa si pars intumeat, considerandum est an huiusmodi affectus sit inflammatio, an scirrhus, an œdema. Nos enim omnem calidam ac veluti flammeam dispositionem nominamus inflammationem, cuius differentias paulò ante diximus. Tempus itaq; est vt de œdemate quambreuissimè moneamus, vt memineris eorum quæ per digressionem nos dicere audiuisti.

De œdemate.

Cap. III.

Oede

OEdema autem vocamus tumorem mollem doloris expertem, quem ex pituitosa substantia aut spiritu vaporoso fieri constat, qualis in cadaueribus euenit. Nonnunquam etiam in pedibus & cruribus eorum quos aqua inter cutem vexat, & in †tabidis & aliis qui malo habitu (Græci cacexian vocant) laborant. Verùm tale œdema in periculosis illis dispositionibus accidens est, nulla propria præcipuaque curatione indigens. Sola enim frictio ex oxyrhodino aut nonnunquam ex sale & oleo, vel etiam ex sale iniectis oxyrhodino, sistit ipsum, aliaque huiusmodi multa. quum verò propter pituitam parti influxam huiusmodi fit affectus, spongia in aqua quæ parum aceti habuerit rigata, passionem sedat. Si verò non quieuerit, pauloplus aceti miscendum est. Si tamen moderata ipsius temperatura, vt possit ipsam quispiam bibere. Quæ autem plus aquæ quam hæc continet, in principio adhibenda est, maximè laxis corporibus. quæ verò fortior fuerit, virilibus corporibus & duram habentibus pellem, & quæ ad primam spongiæ appositionem non iuuantur. Oportet autem spongiam omnino nouam esse, quæ si non affuerit, saltem exquisitè abluta

sit

ſit aphronitro & nitro, & lixiuio. Quod ſi
ex his œdema nõ quieſcat, aluminis parum
imponendũ eſt, ſpõgiaq́; omnino noua ap-
plicetur. Si verò in aliquo artuum tale fue-
rit œdema, incipiendo ligaturã in imis par-
tibus, finire oportet in altioribus: iniectio-
nem & compreſsionem & vniuerſam diſtri
butionem facientes velut in fractionibus.
Curationis enim intentio in huiuſmodi af
fectibus mixta eſt vna quidẽ vt eorũ ſub-
†τὸ διαφο- ſtantia † diſſoluatur, alia ad aliquid congre
ρεῖν. i. di- gandum & reſtringendum. Si igitur per ea
ſcutiatur. quæ dicta ſunt non ſedetur, tũc aliquid for
tiorum medicamentorum, quod tempera-
turam admixtam habeat ex dictis poteſta-
tibus adiiciendũ eſt. Ego in diuturno œde
mate vbi partem oleo illiniſſem, ſpongiãq́;
ex lixiuio appoſuiſſem, atque vehementius
ſtrinxiſſem, affectum perfectè curatum vi-
di, etiam hac viuendi regula non habente
mixtam virium contemplationem, ſed ad
diſcutiendum & incidendum declinante, id
quod in omnibus ferè diuturnis affectibus
probatum haberi non ignoramus. Poſtquã
verò ſatis ad te de œdematis ſcripſimus de
duris deinceps tumoribus dicendum eſt.

De ſcirrho. *Cap.* IIII.

EXquiſitus ſcirrhus, eſt tumor præter
naturam inſenſatus durusq́;. Non ex-

qui

quisitus verò, non omnino insensibilis est, difficulter tamen omnino sentitur. Scirrhus igitur insensibilis curam non recipit. Qui verò difficulter sentitur, nec incurabilis est, nec facilem curationem admittit. Fit autem ex humore lento & crasso vix solubiliter induratis partibus infixo. Interdum itaque statim à principio congregatur paulatim & augetur. Crebrius verò medicorũ imperitia paratur, cum vehementer erysipelata & inflammationes astringunt & infrigidant. Si quis igitur medicamenta vehemẽter dissolutiua induratis corporibus adhibuerit, quæ manifestam faciant scirrhi diminutionem, breui tempore nõ verè sperauerit perfectam curationem, nempe ignorans quod residuum passionis hoc curationis modo incurabile redditur. tenuiori enim e: dissoluto humore, residuũ exiccatum lapidis duritiem consequitur. Non igitur curandæ sunt partes induratæ medicamento immodicè siccãte, sed cũ eo quod calorem habeat tepidum, humiditatem verò nec multam, nec omnino minimã. quod enim superfluum humorem habet, nihil omnino dissoluit. quod verò minimum, plus quàm oportet exiccat. Oportet autem induratum corpus à medicamento quod auxilium futurum sit, simile quid pati his quæ

sub

ſub ſole funduntur. Vocantur autem mollificantia huiuſmodi medicamenta: de quibus amplius diximus in quinto tractatu libri, qui de ſimplicium medicamẽtorum viribus inſcribitur. Exempla quoque (vt dictum eſt) ex ſimplicibus ſunt omnes medullæ atque adipes. Ex medullis primas partes obtinet ceruina, deinde vitulina. Ex adipibus autem adeps anſeris, in volucrum: leonis verò, in pedeſtrium animalium genere cæteris præſtat. qui verò ex gallina ſumitur, anſerinum, & qui ex pardo, leoninũ ſequitur, ac denique vrſinum atque taurinũ. qui verò ex capris accipitur, & craſsior & ſiccior prædictis eſt, idque magis ſi ab hirco capiatur. At iam dictum eſt quòd huiuſmodi affectus medicamentis vehementer ſiccantibus non indiget. De differentia verò quæ ex eorum tenuitate craſsitudineq; oritur, †indicatiuè quidem dictum eſt: manifeſtè verò nequaquam adhuc. Idcirco in memoriam tibi reuocanda ſunt quæ inuicẽ cõmentabamur, quomodo Cercylij puerulum curabam, cui ex eryſipelate nimis infrigidato atque aſtricto, tumor durus in toto femore reliquebatur. Exiſtimauimus enim medicamenta quæ ipſum curare deberẽt, tenuia eſſe oportere. quare femur oleo fouebã, in profundã peluim poſito puero,

† ἐν δεικτικῶς.

quæ

quæ multũ Sabini olei continebat, eo quod omnium tenuiſsimum ipſum eſſe ſciebam. Balneo verò niſi pluribus interiectis diebus, curandi totius corporis gratia prohibebam. Poſtquã verò partem fouimus, medicamenta ex prædictis medullis & adipibus confecta adhibuimus, miſcẽdo nonnunquàm bdellium ſcythicũ, maſticem ægyptiam, atque admoniacum thymiama vocatum, quod pingue & non vetuſtum eſſet, ſimiliter & chalbanũ. Et poſtquã per hæc præparatum fuerat, ſoluto ammoniaco pinguiſsimo in acerrimo aceto, circũlinito tũ femur. Deinde per aliquot dies rurſus opopanacem multæ pinguedinis miſcui aceto acerrimo, & huius videlicet exoluens id quod recẽs erat. alioquin pingue nõ permaneret, quemadmodum nec bdelliũ, nec ammoniacum neq; etiã chalbanũ. Iuſsiq; puerum† in altero crure ſtare, vt plus cibi ad illud ferretur. Rurſus vt reſederat iam tumor ſcirrhoſus, timẽs ne eius reſiduum maneret, omnia econtrariò facere aggreſſus ſum, femur* ex reſinaceo aliquo medicamẽ to perũgẽs. Manifeſto itaq; clarebat quod ex aceto linimenta egregiè tumorẽ communierãt: laxatiua autẽ molliorẽ reddiderũt, minorẽ autẽ nequaquã. viciſsim tamen eis vtẽdo, adhibito conuenienti moderamine,

† ἀσκολιάζειν, & eſt *ludus puerorũ, quãdo vni innitẽtes pede ſaltãt.*

* τινὶ τῶν πιττωτῶν φαρμάκων.

pue

*ἀπονευρώσεις. i. *neruoſas muſculorum propagines.*

†διακινεῖν. i. *permouere.*

* *Ita legitur in græ. cod. imp̃ſ. & manuſcriptis* πολλὰ γὰρ ἤδη τελέως ἠγκυλωμένα τε καὶ κεκυλλωμένα διὰ τό του τοῦ τρόπου τῆς θεραπείας, ἐν αὐτῷ τῷ διακινεῖν ἐθεραπεύθη τελέως. i.

puerulum curaui: ſicut ſi altero duntaxat
medicamentorũ genere quis curam attẽtaſ
ſet, nihil ad ſcirrhi ſolutionẽ profeciſſet. In
tẽdonibus verò (voco autẽ ſic *eneruatio-
nes muſculorũ) ex prædictorũ medicamen
torũ vſu manifeſtiſsima auxilia videri licet,
ſi quis rectè vtatur curatiõe ex pyrite lapi
de. Atq; oportet eũ quũ igne excanduerit,
acerrimo aceto aſpergere, ac deinde ſuper
lapidem †mouere partem affectam, vt à va-
pore ſurſum lato ſcirrhus diſſoluatur.
*Multi enim hoc modo curationis perfe-
ctè ſanati ſunt, vt ferè magicum opus vi-
deretur. At oportet præparare mollificãdo
partem induratam, medicamẽtis de quibus
ſuprà diximus. Etiamnum in hac ipſa quæ
fit per pyritem lapidem curatione, ſubinde
multum oleum *Sabinum prius perfunden-

multæ enim p̃tes iam planè curuatæ, & mutilatæ hoc modo curationis, in ipſa mẽbri permotiõe ita p̃fectè curatæ ſunt. In aliis codicibus legitur non κεκυλλωμένα, *sed* κεκυκλωμένα. *i. cõuolutæ. Quo pacto autem ex ſcirrho artus occupante mẽbræ incurua fiant, illi norunt qui alias etiam ſubinde vident ægritudines.*

* *In impreſ. additur* θερμῷ. *i. calidũ, ſed in ant. nõ habetur.*

dum

dum eſt, aut aliud quod extenuandi vim habeat. Nec minus proderit anethi comã decoquere, præſertim quũ viridis fuerit atq; recens. Quod ſi pyritem habere non poſsis, molari vtendum eſt. Vocant autem ſic lapidem ex quo molæ parantur quæ frumentum molunt.

De ſplene indurato. CAP. V.

SPlenẽ induratũ non ſolũ deforis fortibus medicamẽtis curare conuenit, ſed & fortiſsimis potionibus: nam eas ſine moleſtia tolerat. Ex quorũ numero primas partes ſibi vẽdicant cortices radicum capparis, & ſcolopendrij, & myricæ, tum radix, tum germina omnibus huiuſcemodi in aceto & oxymelite coctis. At ſæpenumero quũ tangitur ſplen reſiſtere videtur: non tamẽ † durus, ſed flatuoſus potius eſt tumor, in quo oportet abſynthio quum prius madefeceris medicamen emplaſticum mixtas vires continens ſuperponere, quale eſt quod ex ſulfure atque alumine conſtat. Sunt denique multa huiuſmodi in medicamentorum tractatibus deſcripta. Non ſimpliciter autem mixtorum medicamentorum viribus attẽdendum eſt, * ſed & quantũ miſcetur. Quũ itaque ſplen flatuoſo tumore afficitur, vel magis œdemate, ſi multum aluminis adhi-

† σκιῤῥώδης.

* ἀλλὰ καὶ τῷ ποσῷ τῆς μίξεως *id eſt ſed & quãtitati eorum ex quibus mixtio conſtat.*

bueris,nihil nocebis.*in duris autẽ tumori bus vim †dissolutiuam superare conuenit: parum autem eius quod stringendi vim habet admiscendum est. Quum igitur de numero simplicium & sponte nascentiũ medicamentorum flos salis tali sit natura praeditus sanat splenes induratos si extrinsecus ipsis in vesica apponatur. Scirrhum autẽ hepatis ab initio quidem sanauimus saepius, vbi verò ad plures dies fortè foret extensus,neque ipse potui sanare,neque aliũ vidi qui posset. Omnibus igitur qui ita affecti sunt*ex necessitate subsequitur aqua intercutem pereunt autem quãplurimi in tẽpore longo. Quosdam verò noui etiã breui periisse qui magno ventris profluuio laborabant. Liquet igitur quod his sufficienter* compressa erant ora vasorum per quae transmittitur cibus ex simis hepatis partibus in conuexas:adeo quod si quis ex eis sanati sunt ea quam antea diximus in musculosarum partium scirrhis, curationis ratio seruauit. Neque enim perfert hoc mẽbrum fortia medicamenta,veluti splen. Augere autem oportet ea quae ratione inflãmationis illius apponuntur in mixtura emollientium. Erant autem illa ex absinthij coma, & expressione myrobalani,& vtraq; nardo indica ac celtica. Adhuc autem & croco

&

*In Grae. legitur in indurato aũt liene.

†διαφορητικὴν. i discutiẽtem.

*In impres.est ἐξ ἅπαντος, id est omnino. locus aũt nõ videtur corruptus vt notatur in Aldino.

*ἐστίγνωτι.

† In impſ. malè legitur ἐμφράξαι, pro ἐκφράξαι, ſed in ant. eſt ἐκπαράξαι. i. ad diſsipandum.

& œnanthe, & maſtiche chia, & vnguentis quæ ex ſpica nardi conficiuntur. Adhuc autem maſtichino & melino & œnãthino. His igitur ammoniacum thymiama, & bdelliũ & quas diximus medullæ, & adipes mixti, & quæ incidere poſſunt, factum in hepate ſcirrhum ſanare poterunt: etiam ratio conueniens victus adhibeatur vna cum medicamentis quæ in potu ſumuntur, ad † aperiendum* abſtergendumque eum qui in viſcere continetur humorem. Sunt verò hæc omnia etiam eos qui in renibus continetur lapides comminuere apta: de quorum materia multi medici conſcripſerunt. Admiſcere autem oportet & ex his quæ vrinam mouere poſſunt aliquid. Plurima verò eſt etiã iſtorum materia quæ à multis quidem ſcripta eſt, atque à nobis comprehenſa in eo quem de medicamentis ſcripſimus tractatu. Quare nunc etiam quæ dicta ſunt tibi ſufficiant. Tempus enim eſt tranſgredi ad alterum tumoris genus, cui materia generationis eſt ſpiritus flatuoſus. Vocatur autem non ſolum flatuoſus, ſed etiam flatus huiuſcemodi ſpiritus, craſſus & vaporoſus exiſtens non ſecundum ſubſtãtiam * æthe-

* In impſ. leg. διαῤῥύψαι, in anti. διαθρύψαι. i. diſſoluendũ, in alio verò vetuſtiore cod. legitur διαφορεῖσαι. i. diſcutiẽdum.

* In impſ. eſt αἰθερῶδες in ant. ἀερῶδες, id eſt aëreus.

†In impreſ. habetur συμβάλλεται in ant. συλλαμβάνει.
*διαπνεῖσθαι. i. defletur.
†male legitur in impreſ.
*περιτοναίοις, pro περιοστίοις.

reus neque tenuis. Cogita verò eius natu-
ram ex circũſtãte nos aëre, in memoriã re-
uocans qualis in auſtrinis flatibus, qualísve
in aquilonaribus: auſtrino enim aëri ſimilis
eſt flatuoſus ſpiritus: aquilonio aũt is qui in
nobis ſecundum naturã eſt ſpiritus: †cõfert
aũt ne huiuſcemodi ſpiritus* efflet, etiã dẽ-
ſitas corporum. Quare huiuſmodi affectus
curatio, cõmunem habebit intentionem ad
laxanda ea quæ aſtricta ſunt corpora, atq;
ad craſſos ſpiritus extenuandos. Nam ſi cũ
ſubtiliori ſubſtantia ſufficienter calefece-
ris, id quidem quod denſatum eſt rarefa-
cies, quod verò craſsius eſt effectum exte-
nuabis. Patientiũ autem particularũ natu-
ra, conuenientẽ auxiliorum materiã coindi
cabit, ac in ipſa maioris minorisque ratio-
nem. Nam ſpiritus iſte craſſus & vaporoſus
nonnunquam* ſub membranis quæ integũt
oſſa comprehenditur: nonnunquã verò ſub
peritonæo: aliquãdo intra inteſtina vel vẽ-
trẽ: comprehenditur verò aliquando à tẽ-
donibus membranoſis, quæ muſculos com
plectuntur. Cõprehenditur etiã ab his quæ
ratione

*ita legitur in græcis comprehẽditur verò aliquãdo intra membranas [quæ muſculos cõplectuntur] ſicuti & intra mẽbranoſos tendones. [ibi autẽ ita habẽt antiqui. ſ. quæ muſculos aut tendones complectũtur.

rōne cognoſcunt̄ ſpatiis in muſculis, atque aliis partib⁹ corporis, quorū locorū naturā in tractatib⁹ de ſectionibus didiciſti. Ita igitur ipſe muſculus inflatur, atq; in vētris vel inteſtinorum corpore flatuoſus includitur ſpiritus, & quū ſufficiēter frigidus fuerit, tunc maximum dolorē excitat. Communis autem curatio omnibus eſt (quēadmodum diximus) per ſubtiliorem ſubſtantiam. Et quando paſsio dolorem habet adiunctum, talem habentem naturā, vt dolorem talem queat mitigare: ſecundum patientiū partiū differentiā* ſubſtantia cōmutatur, & intenditur atque obtunditur vis. Quum igitur ex tali ſpiritu dolor interuenerit in ventre inferiore, ſubtile oleum per ima, cum medicamentis quæ in ipſo ebullierint, per clyſterē iniiciens, ſtatim dolorē ſedabis. Quæ verò debent ebullire in oleo medicamenta cum partium ſubtilitate calefacientia, ſint cyminū, & id quod apud nos eſt, ac potius id quod æthiopicum nominatur, & apij & petroſelini ſemen, & marathri, & † ſinonis, anetique, atque libyſtici, & ſeſeleos, & dauci, & ſpondilij: & ſi coniectura comprehenderis frigidam eſſe dolentium partiū diſpoſitionem, rutam & marathrū & grana lauri intus decoques, miſcebiſque aſphaltum, ipſumque oleum laurinum, & ſi qua ſunt

*ἐ θῦλιν τῆς θεραπείας. i. materia etiā curationis.

† Id autē eſt ſiſon apū Dioſ. li. 3. & ſicon apud Pau. li. 7. ſtatī poſt ca. de ſilphio etſi in Græ. impreſ. ea pars deſideratur.

quæ eodem modo calefaciant. Quod ſi inflammationem huiuſmodi doloribus adiunctam putaueris, auferes ea quæ admodum acria ſunt, & quæ vehemẽtius calefacient. Ad ea autem quæ in hoc mediocrem naturam gerunt tranſibis quæ vim laxandi habent. In oleo itaque concoques anethũ non rutam: quibus etiam admiſcebis adipẽ anſerinum vel gallinaceum. Sed hæc quidem vbi vehementiores dolores infeſtant. Mediocres verò etiam extrinſeca concalefactione iuuantur, ea præcipuè quæ ex miliis fit. Nam eorum leuitas dolentibus omnino ſine moleſtia eſt. Si hæc non affuerint, vel ex ſale calefacto, vel †ex lini ſemine crudo, vel quocunque alio modo. Cucurbita etiam magna, cum multa flamma, abſque cutis ſcarificatione, ſæpius ſtatim dolorem amouit: oportet autem eam vmbilicũ comprehendere. Quod ſi etiam tum dolores permanſerint, medicamentis ex opio vti nõ dubitabis, quale eſt Philonis Tarſenſis omnibus medicis notum. Tametſi ſcieris aliquam noxam ex huiuſmodi medicamentis membris patientibus neceſſariò affuturam: nihilominus ad id quod magis vrget inſtãdum, & parua cum noxa hominem ex nimio dolore animo deficientem liberandum. Nam & ſequentibus deinceps diebus noxam

†In impreſ. eſt ὠμολίνων. in anti. autẽ hæc vox non habetur.

noxam membro contractam, emendare licebit. Vocantur igitur huiuſcemodi medicamenta, anodyna, quoniam dolorem quidem ſedant, & dolorem auferunt: non tamen diſpoſitiones penitus ſanant, ſed vim ſentiendi obtorpeſcere faciunt. Vti autem oportet Philonis medicamento omnibusq́; ex opio confectis, non ſtatim, ſed poſt tempus compoſitionis annuum, aut omnino ſemeſtre. Maximè verò atque citiſsimè ex potu horum medicamentorum laborantes priuantur dolore, vbi inteſtina gracilia patiuntur, ſicuti ex his quæ ſedi imponuntur, craſſorum inteſtinorum paſsiones præſentaneum habent remedium. Non modica autem fit virtutis diſtributio, † & ex ebibitis, quum ſuperiora afficiuntur: ex his quæ ſedi imponuntur, quum inferiora fuerint affecta. Quæ quidem in carnoſis fit partibus ſpiritus flatuoſi aggregatio, nonnunquam omnino vacat dolore, ac longiori tempore durat: ac tum præcipuè quum fuerint articulationi vicina: hic enim ſunt muſculi neruoſiores ac denſiores & carnoſiores & rariores in media ſui parte. Tales verò (vt noſti) paſsiones ſanaui medicamentis ex pice, reſina, terebentina, & adipe leonino, atque

† In Græc. cod. impſ. & in ant. ita habetur κὰκ τῶν πτινομένων τοῖς.

taurino. Conuenit autem ipsis & quod ex sorde balnei & calce fit, & ex sycomoro, & (vt summatim dicã) ea quæ insigniter subtili constant substantia, quibus ea quæ molliendi vim habent admiscentur.

κἀκτῶ πεπονθόσι, κἀκτῶν ἐντιθεμένων τῇ ἕδρᾳ τοῖς τὰ ἄνω πάσχουσιν. id est & ex ebibitis quũ inferiores partes afficiũtur, & ex his q̃ sedi ĩponũtur quũ supiores fuerĩt affectæ. [Hoc est in Græ. impres. in ant. non habetur.

De abscessibus.

CAP. VI.

Quoniam de his satis diximus, iã tempus est vt transeamus ad abscessuũ tractationem. Sic autem nominãt eas dispositiones in quibus à se inuicem distant quæ prius se contingebant corpora. Spatiũ igitur vacuũ in medio fieri oportet, quod aliquam substantiam spirituosam, aut humidam, aut mixtam ex vtrisque cõprehendat. Transeunt autem in abscessum inflãmationes quædam, atque erysipelatosæ phlegmones ac erysipelata phlegmonosa non pauca. Sine his verò, etiam abscessuum dispositio consistit ex multitudine quorundam humorum, aut spirituum vaporosorum: siue in ipsis patientibus partibus [in medio] generentur, aut ex aliis confluant, ea ratione qua fiunt illa quæ aposcemmata vocantur. Nominant verò sic huiusmodi dispositiones, quum qui prius vnum membrũ infestabant humores, eo relicto ad alterũ trãsmutantur. Quocunque verò modo fiat abscessus, id spatiũ quod abscedentes interiacet

partes humiditatibus quæ ipsum faciunt cõpletur. Quæ vbi aliquando perdurauerint, varias habent alterationes. Nam & lapidibus, & arenis, & testis, & lignis atque carbonib⁹, & limo, & sordiciei balnei, & amurcæ, & feci, & multis aliis talibus similia in abscessibus corpora, sæpe contineri inueniuntur. Quæ igitur per summa sub cute consistunt, facilè dignosci possunt: neq; est eorũ sanatio difficilis. Nam ex tactus proprietate facillimè discernũtur. Curant verò ex extrinsec⁹ adhibitis medicamẽtis neque medicamẽtis intro assumptis indigẽt, veluti q̃ in ꝓfundo & p̃sertim in viscerib⁹ fiũt. Porrò in dignotionibus, quum suppurantur, † si non adeo manifestè quemadmodũ inflãmationes digitis incumbentibus renituntur, dignotionem igitur præbent manifestam. Ac proprietas cessionis, alia est in tenuibus humoribus, alia in crassis: quẽadmodum & in tenacibus, atque muccis similibus. Sæpius verò nobis subiicitur cum tentione spirituosa pars aliqua abscedẽs, * quæ vbi secta fuerit, inuenitur sanguis concretus: adeo vt qui bis aut ter huiusmodi reperit dispositionem: si solers & memor fuerit, comprehensum in huiusmodi tumoribus sanguinem ita concretum agnoscere poterit, quum in memoriam ex collatione re-

† Legendũ est si cedũt digitis p̃mentibus nõ resistẽtia quẽadmodũ mẽbra inflãmata.

* ἐνδιδόντος.

uocauerit, tenſionis & † ceſsionis proprietatem. At forſan præſtat non proprietatem, ſed quantitatem tenſionis & ceſsionis nominare. Curatio autem earum quæ in ſuperficie cutis abſcedunt inflammationum fit, incipiente quidem iam abſceſſu, per ea quæ dolorem ſedant atque elaxant: procedente verò tempore, ad ea quæ concoquendi ac ſuppurandi vim habere dicuntur, transferri oportet. De his autem dictum eſt, ſicuti de pluribus aliis, in quinto de medicamentorum ſimplicium poteſtate tractatu. Statim igitur aqua abundanti perfundere atque oleo calido partem inflammatam conſpergere, atque ex farina triticea, quæ in aqua atque oleo moderatè ebullierit, cataplaſma imponere oportet. Nam hoc citius ad ſuppurationem perducit, quam id quod ex pane conficitur. Illud enim† maximè diſſoluendi vim habet, vt cui adſint ſales atque fermentum optimeque decoctum ſit. Hæc verò omnia deſunt triticeæ farinæ. Et quum ſuppurari incipientem inflammationẽ curaturus ſuppurationem prohibere poſſe ſperaueris, tunc plurimum panem ebullire permittas, oleo ſcilicet & aqua permiſcens:

† Malè legitur in impreſ. ἴξεως pro εἴξεως.

† διαφορητικώτατον. i. maximè diſcutiendi vim habet.

ſit autem aquæ ad oleũ multiplex proportio. Plus autem & hoc ſuppurationem prohibet hordeacea farina, ſimili modo præparata. Quæ verò in tali curatione infunditur aqua, habeat altheæ radices intus decoctas. Si verò per ſumma cutis in parte inflãmata tenſio valida fuerit, multis ſcarificationibus in ſuperficie† incidere oportet, ac poſtmodũ ex farina hordeacea elixata, vt diximus, cataplaſma apponere. Tẽtaui autẽ ſæpius* plurimas, in ſuperficie ſcarificationes, cõtrario autem ipſis modo per profundum alias magnas, & tertias item quæ medium tenebant in longitudine ac profunditate inter has dictas. Quæ igitur in ſuperficie fiebant, debile auxilium afferebant, quæ verò longæ erant atque profundæ, plurimum quidem ſanguinis exhauriebant adeo vt ferè animi defectum afferent. Rurſus verò ipſæ propriam curationem, veluti vulnera exigebant. Quæ autem earum ambarum medium tenebant, ſemper inueni à prædictis inconuenientibus eſſe remotas: atque ideo eas in vſu cenſui aliis eſſe præferendas. In quibus igitur difficulter ad ſuppurationem peruenit, neque facilè diſcuti tumor poteſt, ibi humores eſſe compactos craſsiores ac tenaciores eſt exiſtimandum. In his

† σχάζειν. i. ſcarificare, vide quæ annotauimus ſupra in ca. 2. pag. 47.

* Ita legi. in ant. habet enim πάνυ πολλῶν in impreſsis autẽ eſt πάνυ λεπτῶν id eſt valde tenues.

verò dispositionibus tantum, conuenit ea quæ fit per profundiores scarificationes curatio. Conuenit etiam id quod ex caricis constat decoctis cataplasma, oportet autem non ipsas assumere caricas, sed aquam in qua ebullientes sunt liquefactæ. Expedit verò & caricas pingues esse & dulces, vt earum humor non dissimilis melli videatur. Et si eas assumens decoxeris vsque ad plurimum temporis reddetur aqua melli tenui substantia simillima. Huic igitur aquæ aliquando hordeaceam farinam iniicere oportet, aliquando panem syncomistum. Sic autem nominant eum qui medius inter exquisitæ purum & furfuraceum. Vocant autem nonnulli eundem panem autopyron, quoniam in puro farinam non qualis natura est, talem ad conficiendum panem assumunt, sed prius purgantes furfur excernunt, contra autem in furfuraceo, prius adimunt eam farinæ partem quæ purissima est. Panis autem qui autopyros appellatur, qualem habet ex natura farinam triticum, talem etiam seruat. Oportet autem triticum ipsum ex quo farina sumitur, esse ex his quæ generosa dicuntur. Quædam enim ex ipsis triticis multum in seipsis furfuris continent, quæ ignobilia dicunt, quædam verò siliginem: quæ

vt dixi, generosa vocant. Nequaquam igitur oportet furfuraceum esse frumentum, ex quo vtilem ad cataplasmata farinam accipimus, sed quemadmodum dictum est, multam habere siliginem. Quòd si ignobile triticum assumpseris, crassiorem furfuris partẽ oportet excernere, atq; ita panem medium conficere. Ex hoc igitur pane, partem mediam ac teneram ad cataplasmata commiscebis: quando, vt dixi, potentia mediũ farinæ hordeaceæ & triticeæ volueris facere cataplasma. Nam farina triticea maximè ad suppurationem mouet, hordeacea verò plurimũ resoluit. Hic verò quem diximus panis mediam naturam seruat, sicuti & eius farina, inter nuper dictas farinas triticeas est media. Ad hoc igitur respiciens, cum decoctione caricarum, misce quod tibi conuenientius videbitur, siue ex panibus, siue ex farinis. Si verò tumor resoluatur, minus tamẽ quã oporteret, simul coquere oportet cum caricis hyssopum, vel origanum. Si quando verò vehementius tumorem exiccare volueris, sal decoctioni adiicias, deinde hoc modo infunde farinam hordeaceam. Eximatur autẽ & hinc quicquid furfuraceũ inest. & postquã plurimum ebullierit, appone cataplasma. In tumoribus quidem qui diffi-

culter resoluuntur, verendum est ne eorum reliquiæ scirrosæ relinquantur, quare in singulis solutionibus attendere oportet, ad quid transmutetur omnis cuius curatio suscipitur, tumor. Nam ea quæ cum fortiter exiccantibus agitur, reliquias scirrhosas operatur. Hoc verò in singulis solutionibus animaduertes, si partem patientem tetigeris, & quod nunc apparet, illi quod prius videbatur contuleris. Si igitur vnquã tale suspicatus fueris, decoque in aqua cucumeris agrestis radicem aut brioniæ, aut asari, sæpius quidem per se solas, nonnunquam caricas pingues adiiciens. Deinde aquæ farinam admisce, cõmiscens & aliquid adipis anserini præcipuè vel gallinacei, quod si nõ affuerint, suillum adiunges. Radices quoque earum quas nuper diximus herbarum, atq; præterea altheæ, si post moderatam decoctionem cum pane atq; adipe conterantur, huiusmodi tumores resoluũt, fortior autem hisce omnibus est dracontij radix, & si quando ea vti volueris, quum sit his quas nuper diximus multo subtilior, atque ad resoluendum potentior, omnino adipem commisce. nisi enim humectaueris atq; mollieris scirrhos, sed cũ fortibus medicamentis resoluere tantum studueris, in primis quidem diebus eos insigniter de-
cresce

crescere facies, sed pariter id quod relinquitur indurabis, hoc verò induratum difficulter resoluetur. Melius igitur, vt diximus, fortiter resoluentibus medicamentis commiscere mollientia, ne tumores in scirrhos (quorum curationem in præcedentibus audiuisti) conuertantur, verentes.

De *tumore suppurato*. CAP. VII.

RVrsus igitur ad suppuratos tumores accedamus, quos vbi posse resoluere desperaueris, ex farina triticea vtere cataplasmatibus. Nã ad celeritatem suppurationis plurimum conferunt. Deinde aperiens, si videris ea quę circa sectionem sunt, libera inflammatione, medicamentis quæ emplastica dicuntur vtere. Esto autem eorum vis ad exiccandum habilis, careant etiam morsu, neque astringentia medicamenta habeãt admixta, sed ea potius quæ sine molestia solum resoluunt, vel parum aliquid astringentis habeant facultatis. Ego verò sæpius in huiusmodi, vsus sum medicamento ex fermento & ostreis combustis confecto, si verò pars aliqua circa sectionem inflammata fuerit, id quod ex chalcite constat oleo liquefaciens: vbi verò paulatim refrigeratũ fuerit, in mortario temperans & molliens manibus, atq; vinũ infundens, vt nosti. Ad multa verò vtilè

est

est hoc medicamentũ, quẽadmodum in li-bris de cõpositione pharmacorũ diximus. Faciemus etiam alios, si deus voluerit, de passionibus quæ singulis partibus accidũt, vbi omnium medicamentorum quibus vti consueui, diligenter vires explicare tentabo, atq; eorum vsum opportunum exponere. Sed tu iam in hisce medicamentis, de quibus in hoc libro memini, habuisti à me antea & mensuras, & præparãdi modum, vbi verò plus opportuno cutis coliquata fuerit in suppurationibus adeo vt panno lacero similis efficiatur: non facilè subiectis corporibus agglutinatur, ita vt necesse sit † eum qui sine, cataplasma nominatur curationis modum adhibere.

† Hic græ. cod. ĩpressi sunt mẽdosi: habẽt enim τῆ καλουμένῃ κατὰ πλάσματος ἀγωγῆ θεραπεύεσθαι τὸ ἕλκος. i. per appellatã cataplasmatis rationẽ vlcus curare. Sed in codi. manuscriptis quos vidimus legitur nõ καταπλάσματος. Sed κατὰ πλάτος. Quòd qui

De sinu. CAP. VIII.

QVum verò amplius agglutinandi cutem subiectis corporibus creuerit difficultas (huiusmodi affectum sinũ appellant) deinceps tibi in memoriam reuocabo, huius quoque curationis modum, quem vidisti me sæpius in pluribus adhibere. Vbi talis dispositio consistit, satius est fistulã directè perforatam, vel ex ære vel ex cornu factam habere paratam, quod si hæc non fuerit, vnum ex his instrumẽtis quæ pyulca, id est puris attractiua, dicuntur, quod foramen latissimum habeat. Et eius quod

àno

à nobis compositum est ex charta combusta medicamentum, tu sæpe vidisti me exiguam portionem multo oleo rosaceo permiscere, ac per id instrumentum quod pus attrahit in sinus iniicere, deinde linamento cõcerto os claudere. Quæcunq; verò emplastica medicamenta oleo rosaceo liquefacientes his iniicimus, pyulcon nõ permeãt. Sed in his oportet vesicam suillam accipiẽtes, fistulam directum foramen habentem apponere. Esse verò acriora medicamenta liquefacta, quam illa quæ emmota: id est quæ linamentis illinuntur, est necessarium, qualia sunt apud omnes vsitata, colore viridi insignia, hæc enim oportet non pauco oleo rosaceo liquefacere, vt in sinum iniici posſint, dissoluitur autem emmotorum vis in huiusmodi mixtionibus. Igitur emplastica omnino medicamẽta, quale est Machærionis, & Epigoni, & quod Isis cognominatur, vbi ad emmotorum vsum deducuntur, cerati indigent admixtione, nempe hæc ad sinus vtilia sunt, qua enim ratione eis ceratum admiscetur, eadem etiam sunt ad sinus vtilia. Miscentur autem, quoniam vires mordaces habent, si per se sola liquescerent, non admixto ipsis cerato. Sed vbi quidem oleum rosaceum plurimum fuerit, quod in ipso liquescit me-

dãvertũt. Itaq; emissario largiore facto vlcus necessario curãdum est. De hoc vide nostras annotatiões.

dicamentum paucum, non amplius acritudinem seruat. Vbi verò ſinus mediocriter carne oppletus fuerit, tunc agglutinantia medicamenta apponere oportet, veluti ſi recenti & ſanguinolento vulneri medicareris. Multa verò tali ſunt natura prædita, quæ partim ex aſphalto conſtant, vocant autem huiuſmodi neſcio quo modo emplaſtra barbara. Alia verò ſunt quæ † cirrhota ex colore dicuntur, ex lithargyrio & æruginе æris decocta plurimum, ſic enim ærugo cirrhum colorem accipit. Si verò paucum ebulliat, facit emplaſtra quæ lutea dicuntur. Te verò non latet quod omnia metallica medicamenta ſubtiliorum partium ſunt, atque exiccandi vim maiorem habēt, vbi pluſculum ebullierint. His verò medicamentis ſimul atque ruffa ſunt repoſitis, quædam extrinſecus ſupereminentia fuſca concreſcit, ſub qua pars medicamenti profundior, pluſquam ab initio ruffor videtur. Atque idcirco nonnulli huiuſcemodi emplaſtra vocant bicolora, quidam verò bifacia. Quanto verò ſubtiliora fuerint, ac maiorem exiccandi vim habuerint, tanto plus in ſinum operabuntur. Nā ad eius profundum oportet tranſmitti vim, ſi intētionem propoſitam aſſequi velimus. Quæ verò recentia & ſanguinea vulnera agglutinant,

† *In græ. eſt* κιῤῥὰ ἢ φαιὰ .i. *flaua vel fuſca.*

tinant, quanquam his minus exiccant, labra vulnerum, si breuia extiterint ac minimè profunda, agglutinant, atque ob hoc facilè ac citò quod oportet efficiunt. Si verò in profundum vulnus recens protendatur, & suturis & fibulis solemus ipsa coniungere. Sinus itaque omnes non simplices sunt diuisiones, sed frequenter in ipsis, modò vna pars, modò alia excoriata est, quod neque te oportet latere. Quum igitur ad locum superiorem sinus extenditur, facilè per os humor vitiatus elabitur. Si verò vergit ad ima, quum intus retineatur, partem aliquam continuam erodit. In his quidem sinibus, nisi prius ad effluxum feceris sectionem, nihil proficies: neq; quũ carnem generare, neque quum agglutinare volueris. In aliis verò non opus est sectione, si modo conuenientem figuram in parte patiente seruaueris, ex qua figura potes aliquando sinum ad partem superiorem vergentem facere ad inferiorem declinare: ac contra, vergentem ad ima, conuertere ad superiora. Vidisti me igitur sinum in brachio existentem, cuius os erat prope cubitum figura in superiora tẽdente, sanasse sine alia facta ex aduerso sectione: & in coxa similiter figura sinus ad ima vergente, quũ sinus versus genu quidẽ terminaret, altius

verò os media coxæ regione ſuperius, ſine vlla ex aduerſo diuiſione ſimiliter vidiſti factam eſſe curationem, ſubiiciente me popliti ceruical molle, vt inferiorem ſitum haberet inguen quam genu. Suffecit autem in hoc ſinu, & aliis iſto maioribus, ſolum mellicratum immiſſum, aptum ad conglutinandũ omnes eius partes profundiores. Quidam autem lixiuium percolatum iniecerunt, ſeipſos coarguentes in his, quæ prius ad carnem ſinui inducendam medicamẽta apposuerunt, neque enim caro noua adnaſci poteſt, quum ſordicies priorem circunſedit. Quomodo igitur ſufficienter carne innata ſinui conglutinatiuum adhibent medicamentum? ſiquidem veluti ſatis ſordidum exiſtentem lixiuio abſtergere tentant, quum pura caro neque acrius mellicratum toleret. In hoc igitur ſatis eſt, ſi hoc tale immittatur, quale quiſpiam cum voluptate potaret: & poſt mellicratum ſolitus ſum deinceps, antequam medicamentum conglutinatiuum imponam, aliquando vino ſolo, aliquando vino mulſo ſinum abluere. Nam ad abſtergendum atque ad expurgandum † circunſtantes humores vitiatos mellicratũ eſt melius, ſed ad cõglutinandum, vinum eſt melius & efficacius: * ſit autem

† ἰχῶρας *id eſt ſaniem.*

* In *græ. legitur, inter dulce & auſterũ mediũ locũ obtineat.*

*In ant. est non μόνος, sed ἢ οἴνῳ, id est, vel ex vino.
† μαλακῶς ὡς οἷόν μάλιστα, id est mollis quam maximè licet.
* In græco ita legitur, linteorum verò circumuolutiones constringantur quidem in fundo sinus, sed non ita vt dolorem inferant, paulatim autem laxentur vsque ad os sinus.

autem quod habeat dulcedinem & vim astringendi mediocrem. Et quidem post medicamenti agglutinantis appositionem spongia noua ex mulso * sola circumiiciatur † quam molliter fieri potest, atque alligatio quidem incipiat à fundo sinus, finiat, autem ad os, * sed nec linteorum circumuolutiones ad fundum sinus dolore afficiant, sed cõstringantur paulatim atque soluantur vsque ad os sinus, & hoc ipsum habeat laxam pharmaci * alligationem, & quod circum apponitur emplastro ita cum forficibus discisso vt ex ore sinus humores vitiati † si qui excernantur, possint effluere, paruo aliquo alio ipsi imposito emplastro vsque ad solutionem, quam tertia die faciens, auferes hoc ipsum, quod veluti

* In cod. impres. legitur ἐπίδοσιν, id est, additamentũ, in antiquo verò ἐπίδεσιν, & ita vertit interpres, & in alio anti. est ἐπίθεσιν, id est appositionem.

† Ita habent Græci cod. antiqui quos sequitur interpres, Aldinum autem esse mendosum hoc in loco, indicat etiam æditio Blasti, in qua legitur sicuti in antiquis.

ſuprapoſitum circumiacet, id quod per totum ſinum circumiectum eſt medicamentum relinquens. Indicium autem tibi ſit, nunquid pars ſinus profunda ſit bene cõglutinata, humor emanans ſi multus, aut paucus, decoctus, aut crudus. Adhuc autem ſi neque in ipſo ſinu dolor ſentiatur, neque tumor appareat, ſed totus locus depreſſus ſiccus atque expers doloris exiſtat: ſi autẽ & pus †impactum in ore videris paucũ, adhuc magis bona tibi ſit ſpes de ſinus conglutinatione, imponensq́ue rurſus ſpongiã ac denuò alligans vt diximus, ſecunda die vel tertia ſolue, permutãs ſemper quod ori ſinus ſuperſtat linteum eodem emplaſtro perunctum, quod totum os in circuitu comprehendet. Oportet autem non eſſe admodum compreſſum, ſed ita vt omnis humor vitiatus ex ſinu per ipſum poſsit euacuari. in prima igitur & ſecunda die ſi aliquis humor tenuis à ſinu excernitur, noli omnino de cõglutinatione deſperare. Sæpius enim circumpoſiti membro patienti vis medicamenti vehementer exprimit ex ipſa cute & carne ſubiecta tenuem humiditatem, quando ita affectum fuerit corpus ægroti, aut ex naturali temperatura, aut ex malo victu, qua humiditate expreſſa, ſpatia mediocri-

† In impreſ. eſt ἔυπεπτον. *i. bene coctum. in ant.* ἔυπρόπον.

ter

ter exiccata conglutinantur. In tertio autem & quarto ab initio die si humor crudus in ore se ostenderit, tunc scito sinum non esse conglutinatum. Sit autem præ omnibus id quod patienti membro circumiicitur medicamentum, vehementer quidem exiccans, neque mordens verò, neque intendens, veluti est nostrum quod cirrhum vocatur, sine cera confectum ex metallicis medicamentis elixatis & oleo cicino & aceto, quod vulnera sanguinolenta conglutinat ac sine molestia sinus exiccat. Vidisti verò & ipso sanatam fistulam aliquando in quibus angusto † existente foramine, quum nondum intus callum haberent, sed sordiciem solum, immisi primum lixiuium, deinde tandiu intus permanere permisi, donec speraui totam sordiciem penitus excidisse: post modum medicamentum apposui.

† *In ant. legitur.* ἅμα καὶ μακρᾶς. *i. simul & longo.*

Si verò & eos qui sub cute sunt sola sinus, in quibus nondum carnem generari oporteat, quique ruditer à quibusdam curati erant, † facta simul susceptione hoc medicamento conglutinaui, quum tamen prius lixiuio abluissem. Quoniam qui vlcera curant, nullum ex his, quæ expurgandi vim habent, adhibent medicamentum. Vbi verò qui ad abscessum perueniunt, tumores tardè secti fuerint, aut ob medicatiũ

† *In græ. est* ἅμα τῷ παραλαβεῖν. *i. simul atq; suscepi.*

imperitiam, aut eorum quibus medela adhibetur timiditatẽ, qui ſecari non patiuntur, ſed expectant vt longiori tempore cutis à pure rodatur: contingit ſæpius vniuerſam cutim à pure circa abſceſſum aggregato ſufficienter extenuari inſtar † laceræ veſtis, vnde & illi nomen * laceroſi à medicis inditum puto. Eſt itaque huiuſmodi cutis conglutinari contumax, præcipuè ſi quis ſecundum ſubſtantiam ſiccum medicamentũ imponat, ex his enim magis fit laceræ veſti ſimilis, & ſicca cutis inſtar pellium detritarum. Viſum eſt igitur mihi opportunum, ſi quis ad eius conglutinationem vtatur medicamento, ſubſtantia quidem humido, potentia autem ſicco. Dictum autem in libris de medicamentis quod potentia ſicca medicamenta dici ſolent à medicis quæ exiccandi vim habent. Optimum autem ex omnibus medicamentis quæ ſubſtantiã quidem humidam habent, vim autem exiccandi, eſt id quod à me compoſitum eſt ex lithargyriõ & adipe ſuillo antiquo & chalcite, quibus additum ſit oleum vetuſtiſſimum. Nam vim eius eſſe efficaciorem ſuum expertus ad huiuſmodi diſpoſitiones, quũ neque admodum durum fuerit, neque exquiſitè † non inficiens. ſed ſi tale cõficiatur & vulnerum ſanguine manantium conglu-

† καθάπερ τετρακος.

* ῥακώδες

† ἀμόλυντον. eſt in græco.

tinatiuum erit, & omnia etiam vlcera ad ci catricem perducit, ſi & oleo remittatur, & cum vino mediocris ætatis commiſceatur, deinde in circuitu eiuſmodi diſpoſitionibus apponatur, ipſas ſæpius ſine vlla moleſtia conglutinauit. Confert autem, vt diximus, in laceroſis cutibus non minus mel, ſi vſque ad emplaſtri conſiſtentiam elixetur. Eius verò elixationis mediocritas vix rectè perficitur, niſi inſpiciatur: oportet enim ipſum neque adeo eſſe durum vt† difficulter lambatur, neque ita humidum vt circunfluat. Nam quod durum eſt, ad eãdem peruenit cum duris emplaſtris abſurditatem: humidum verò veluti ſuperiectum calido corpori vndique circunfluit, & ſiccum linteum derelinquit, quod non modò nihil iuuat, ſed etiam nonnunquam obeſt cuti, quę debet cõglutinari. At ſi mediocriter elixetur, hoc quidem optimum eſt medicamentum in huiuſmodi ſinibus, ſed quoniam elixationis eius mediocritas non facilè poteſt coniectura attingi, rectius mihi viſum eſt ei myrrham * ſubtiliter tritam aſpergere, aut aloëm vel thus, aut aliquod ex his, vel omnia ſimul, tum præcipuè quũ linteo inunctum humidius apparet. Oportet autem aſpergere iſta per cribrum quod ſublimè ſupra mel teneatur. ſufficit autem ſemel aut

† δυσπεριπτωτον eſt in græ. i. difficulter prolabatur. fuit autẽ is typographi lapſus: tamen non deſuerunt qui hoc in loco vertãt: vt difficulter potabile fiat

** χνοώδη*

bis agitare, vt mediocriter excidat. Sæpius verò & dum elixatur adiicio melli aliquid ex antedictis medicamentis, quando præsertim sinus maior fuerit atque profundior Vsus sum aliquando & tenui centaureo, quod mirum est ad huiusmodi medicamentum. Post ipsum verò & symphytum vtile est, & deinde ireos illyricæ radix, posteà farina ex orobis: neque obscurum est quin & contundi oporteat, & per cribrum subtile transmitti, ac postmodum † resolui talia omnia. melli autem commisceantur eo tempore quando debet ab igne amoueri, tantum nobis super terētibus donec melli decocto optimè vniantur. Melius autem fuerit si cacabum ab igne amouentes hęc omní admisceantur, & deinde diligenter agitemus, donec mel adeo tepidum reddatur, vt corpori cui curatio adhibeatur, possit imponi.

† λελξῶσθαι est in græ. i. læuigari.

De gangræna. Cap. IX.

CONsequens est vt deinceps dicamus de inflammationibus, quæ gangrænæ factæ sunt. Nominant autem (vt nosti) gangrænas eas, quę ex magnitudine inflammationis fiunt mortificationes, quæ nondũ tamen integrę factę sunt. Nam quum omnino membrum effectũ est emortuũ vt punctũ,

vel

vel sectum vel adustum non sentiat, quæ patitur, statim recidere oportet, qua sanam partem vicinam attingit: sed quod ita affectum est denigratur: quod verò in medio est constitutum, vt tendat ita ad mortem gangræna nominatur. Curatur autem euacuantibus nobis quam possumus multum sanguinis, qui in membro patiente compingitur, cuius causa fiunt mortificationes, ob id quod arteriæ ex angustia loci nequeunt se attollere, reliquo autem transpirationes, exhibentibus. Aut igitur cutem vniuersam multis sectionibus profundis secare oportet vna cum subiecta substantia, aut plurimis scarificationibus profundis incidere, sanguinem verò quum manare permiseris, imponere debes ex medicamentis aliquod ad putrescentia vtilibus, cuiusmodi est †farina orobi vel lolij. Si verò talia non adsint, fabarum farinam adhibe, atque ipsum oxymel solum: & si fortius medicamen apponere velis, adiice sal, aut ex trochiscis aliquem exquisitissimè tritũ, qualis Andronis & Polyidæ, & Pasionis est, & Musæ medicamen ad hæc aptissimum, quod in Heræ tomo scriptum est. Vtor, autem ex his quæ antea diximus, animum aduertens ad corpus ægroti: nam si rusticum fuerit & durum natura, fortissima

†In græ. additur δι᾽ ὀξυμέλιτος καὶ .i. ex oxymelite, &

me

medicamenta desiderat, fœmineum verò & molles carnes habens, imbecilliora: sic & viri quicunque & molles carnes habent, & balneas amant, & in otio degũt, mollia exigunt medicamenta. Neque dubium est idẽ in pueris faciendum esse. Et si quando etiã putrefactam atque emortuam partem absci deris, vt securius agas, his vtere medicamentis, naturam corporum simul attendẽs, atque eius insuper partis quæ malè affecta est. Quædam enim sunt, quæ citissimè ad putredinem veniunt, & satius est ob maiorem securitatem, quando abscindis aut circũcidis id quod iam putruit, eam quæ veluti quædam radix est, sanæ parti adiunctam adurere, sicuti sæpius in pudendis facere cõsueuimus, nonnunquam malè affectis partibus, quæ adurunt afferentes. quandoque verò † linamentum ante submittens: facta verò adustione solemus (vt nosti) vti succo porri, qui vbi non adsit, his quæ paulò antè diximus. * Vbi verò tibi videbitur his remediis adhibitis cessare putredo, vt citò crustra excidat medicamento quod nominatur Cephalicum cum melle vtere. Melius verò & ex hydrelæo pane decocto, * vel farina hordeacea, vel etiam triticea facere cataplasma: id etiam medicamentum quod Tetrapharmacum nominatur, ac prçtereà

Margin notes:

† *Malè legitur in græ. impss.* μόπον *pro* μότον.

* *In ant. additur.* προχί- σχοις.

* *Legitur in græ. farina hordeacea eodem modo præparata, aut cũ ipsa triticea mixta exterius illinire.*

tereà Macedonicum, ſunt cruſtarum ſuppurationibus, atque earum excidentiis accommodatiſsima. Similiter autem & quæcunq; vim habent ad ſuppurationem perducendi, & panis verò tritus cũ apio vel ocymo optimè cruſtas diſrumpit, & à ſanis partibus ſeparat. Ex ſimplicibus autem medicamentis iris, vel radix panacis, vel ariſtolochiæ, vel acori cum melle. In mollibus verò corporibus ſufficit orobi farina cũ melle vel thure. Aufert autem & cruſtas Machærionis medicamentum, & *iris cum melle. Quum verò exciderint cruſtæ, huiuſmodi vlcera poſſunt quibuſcunque medicamentis, quæ carnem inducant, ad ſanitatem perduci.

*In impſ. eſt ἢ ἴσις ἔμμοτα. quæ lectio in Aldino notatur tanquam corrupta. i ant. autẽ legitur ἴσις μετὰ μέλιτος. i. iſis cum melle. in alio ant. ἶρις μετὰ μέλιτος.

De cancris. Cap. X.

QVum de his abundè dictum ſit, reliquum eſt vt de carcinoſis tumoribus diſſeramus, qui in omnibus quidẽ partibus corporis fieri conſueuerunt, ſed in mamillis præſertim mulierum, quæ à natura purgationem non habent, quæ vbi modum ſeruauerint, tunc mulier integra fruitur ſanitate. Hi verò omnes tumores ex atræ bilis ſuperfluitate generantur. de qua diximus in commentariis, in quibus de potentiis naturalibus egimus, vbi oſtendimus

hunc humorem, dum sanguis in hepate fit, fecis vinariæ proportione generari, expurgari autem à splene, qui ex eo naturaliter habet alimentum. Quum igitur naturalis temperatura hunc humorem paucum generauerit, & ratio victus adhibita confert, & splen satis attrahit ex eo qui generatur, nulla huiusmodi superfluitas in venis coaceruatur. †At quum vel omnia vel aliqua eueniunt in contrarium, tunc in venis multiplicatur, & eas de quibus dicturi sumus, facit ægritudines. Dico autem his quæ antea exposuimus contraria, vt scilicet hepar ad generandum huiuscemodi superfluitatem sit aptum. Sit etiam ratio victus per tales adhibita cibos, qui crassum & feculentum humorem procreare natura apti sunt, splen verò sit natura imbecillior, & quicquid de ea superfluitate generatur, ad se minimè trahere potens. In hoc verò * corpore turbidus fit, ac crassescit is qui in venis continetur sanguis, & nonnunquam à venis habentibus (sicut & alia omnia) vim excernendi id quod extraneum est, per hæmorrhoidas excernitur. Sæpius autem & ad varices decumbit, & quandoque ad cutem vniuersam expellitur, fitque is morbus quem Elephantem nominant: nam & aliquando ad alias corporis partes, quæ cæteris sunt

imbe

† *Ita habent ant. cod. in impres. autẽ legitur ὅταν δὲ τ'ἀνάντια ᾖ i. quũ verò contraria eueniunt.*

* *In ant. legitur. νοσήματι i. morbo.*

imbecilliores, humor iste defertur, atque euidenter apparent quæ in illa parte sunt, venæ, nigro sanguine ac crasso plenæ, quantoque crasior fuerit ac nigrior, tanto deterior est passio. In mamillis autem sæpe vidimus tumorem forma ac figura cancro animali consimilem. Nam quemadmodum in isto pedes ex vtraque parte sunt corporis, ita in hoc morbo venæ distenduntur ac figuram omnino similem cancro repræsentant. hunc morbum per sui initia sæpe sanauimus. Sed vbi in molem insignem satis attollitur, nemo sine manus opere potuit curare. Itaque in omni huius generis curatione intentio est, totum qui circunstat tumorem præter naturam, qua partibus sanis adhæret abscindere, sed ob vasorum magnitudinē, quū presertim fuerint arteriæ, profluuij sanguinis statim periculū imminet: quod si laqueis eas circūprehēdas †passiones insequuntur: si autē & morbi radices exurere statuas, neq; huic rei maximū periculum deest; quū prope loca mortalia sit insignis adustio. Hunc igitur morbum (vt diximus) in principio sæpe sanauimus, & tūc præsertim quū atræ bilis humor admodum crassus videbatur existere. Nā†sic purgātibus medicamētis, ex quibus sanitas sequi

† συμπάθαι ἐ που ται.

† In græ. est οὕτως.

sequitur, promptè succumbit, neque obscurum est huiusmodi medicamẽta debere esse euacuandæ atræ bili accõmodata. Quod tandiu faciendum est, donec sanitas pristina subsequatur, & ratio victus optimos generans humores, interim adhibeatur. In Alexandria quidem elephantis morbo plurimi corripiuntur propter victus modum & regionis feruorem. At in Germania & Mysia rarissima hæc passio videtur, & apud Scythas lactis potatores nunquam ferè apparuit. In Alexandria verò plurimum generatur ex victus ratione. Comedunt enim †farinam elixatam & lentem, & cochleas, & plura salita, & nonnulli ex ipsis carnes asininas, & alia quædam quæ crassũm & atræ bilis humorem generãt. Nam quum circunstans aër calidus sit, motus humorum agitur versus cutem. Huic igitur morbo, quas antea diximus cõferũt purgationes. Quod si & ætas & virtus permiserint, sanguis prius mittendus est. In cancris verò nõ inutile est, neque in istis vbi nihil prohibet sanguinem mittere, demum purgare: & si fuerint mulieres, menstrua euocare, si quidem nondum quinquagesimum annum attigerint. Patienti autem particulæ succus solani imponatur, nam hoc medicamen ad huiusmodi vtile est. Quod si nolit ægrotans

†ἀθάραν.

tans medicamento adeo humido illiniri, quum præsertim domo exit ad consueta negocia peragenda, medicamen ex pompholyge constans est imponēdum, quo me vidisti vti ad cancros exulceratos: & si hoc non adsit, adhibe alterum medicamentum nostrum quod ex chalcite fit. In victus verò ratione succus ptisanæ abundanter exhibendus, & serum lactis, & ex oleribus, malua, attriplex & bletū, & quādo tēpus tulerit cucurbitis vtēdū, & piscibus petrosis, & auibus omnibus, exceptis palustribus.

De Elephantia. CAP. XI.

SEd his qui elephantiam patiuntur, in viperarum esu est mirabile † auxilium. Ita verò eas condire oportet quemadmodum vidisti Marsos qui feris venenatis & aspidibus nutriuntur: capite quidem primum abscisso, & cauda, vsque ad digitos quatuor: deinde omnibus intestaneis exemptis, cute etiam † vt liquere potest adempta, aqua deinde abluatur corpus ipsarum. Sed neque aliter quum theriacum antidotum conficere volumus, vsque ad hoc præparamus: sed deinceps concoquimus differenter, in theriaca autē paululum anethi & paucum salis in aqua ponentes. In his autem qui elephantiasi laborant, in olla anguillarum modo præparantes, & album

† βοήθημα est in anti. in impres. φάρμακον.

† δηλονότι.i. videlicet.

ius efficientes, fit autem hoc modo. Aqua abundanter in ollam funditur paucũ olei & cum hoc porrum & anethum adiicitur, liquet autem quod viperarũ carnes sunt decoquendæ, donec exquisitè molles reddantur. Ipsum etiam medicamentũ confectum ex viperis quod theriacam appellant, optimum est ae potandum iis qui huiusmodi morbo laborant, vel etiam si cui libuerit ad cutem oblinendam: nam quum omnia hæc facta fuerint, nonnunquam solet squama à cute decidere, aut quid simile ei, quod senium serpẽtis appellatur. In aliis autem tumoribus præter naturam non putaui oportere eam quæ manu fit curam hoc in loco scribendam, quum tu medicamenta probatissima à nobis acceperis. In strumis enim ea quæ astringere & exiccare, & pus etiam facere possunt, in his autem quæ meliceri des dicuntur, ea quæ has dissoluendi vim habent, & quæ pus resoluunt medicamenta, & aquam quę in scroto & abdomine decubuit, accepisti, † quibus etiam in aqua intercute laborantibus vtaris. In his enim duplex intentio est, scilicet vt sanetur tumor durus in viscere, & coaceruata humiditas dissoluatur. At prius dictũ est de curatione viscerum scirrho laborantium: [sed differunt quum talem tumorem partes patiũtur.

†ὡς κὰπὶ τῶν ὑδερικῶν.i. quẽadmodũ & in aqua inter cutem laborantibus.

[Hæc in græ. codicibus non habentur.

tur,& differentem exigunt curam.] Quare curatio hydropum ad has tres reducitur intentiones, vt ſanemus durum tumorem qui in viſcere eſt, vt ea apponamus quæ humiditatem diſſoluunt,& medicaméta quæ vrinam mouent in potu demus. Hæc quidem ad te miſſa qui longè peregrinaturus eras,mediocriter ſe habere viſa ſunt. Si verò(vt inſtitui) librum de medicamẽtis ſecundum morbos & loca patientia compoſuero,illum in tuo reditu habebis. Sed & aliud opus magnum amicis expoſtulatibus exarabitur, in quo tota ars curandi continetur, etiam ſi tibi peregrè detineri diutius contigerit,ſingulos qui à nobis ſcribentur commentarios ad te mittere non grauabimur.

*

Quæ in fine huius libri de curatione podagrici affectus in veterem tranſlationem irrepſerant:quoniã nõ Galeni,ſed Alexandri Tralliani eſſe nouimus,conſulto omiſimus, in alijs autem locis multa quæ Galeni eſſe cenſemus, & in Græcis codicibus deſiderãtur,ex veteri ipſa verſione,vt licuit,reſtituimus.